


intueris abys sos et sedes su-




per cheru bin. ℣. Benedicite



De um celi qui



a fecit nobiscum misericordiam su am.



Alleluya.



℣. Benedictus es



dn̄e de us patrum nostrorum et laudabilis



in se cula.

In tpe pasc. erat scdm alle luya unu ex istis sequentib⁹

Al le lu ya.

Nonne cor

nostrū ardens erat in nobis de iesu dū loquere

tur no bis in vi a.

Alle luya.


Surgens

iesus domin⁹ no ster ste tit in me dio


discipulo



rum suoꝝ dixit pax vobis




Alle luya.



℣ Surre xit do-



minꝰ et occur rēs mulie-



ribus a it aue




te tunc acce sse runt et tenue-



runt pedes eius






Allelu ya



In die resurrectionis mee



dicit domi nus pre ce



dam vos in galile am



Allelu ya



℣. Dicite in genti bus



quia do minus re gna uit a



li gno.

Alle luya

℣. Christus resur

gens ex mor tuis iam non morit mors

il-

li vltra non do minabitur

Sequētia.


Alma chorus domini nunc pangat

nola sūmi. Messias sother ēmanuel sabaoth adonay.

Est vnigenitus via vita manus homousion. Prin-




cipium primogenitus sapientia virtus. Alpha ca-



put finisqz simul vocitatur et est oo. Fons et ori-



go boni paraclitus ac mediator. Agnus ouis vitu-



lus serpens aries leo vermis. Os verbum splendor



sol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mons ia-



nua petra lapisqz. Angelus et sponsus pastorqz pro-



pheta sacerdos. Athanatos kyros theon panton



craton et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla.

Per omnia docta.

Sequentia sancti euāgelii scd'm matheū. Gl'ia tibi dn̄e

IN illo tempore. Accesserunt ad iesum scribe et pharisei: tentantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem quacunqꝫ ex causa? Qui respondens ait illis. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos? Et dixit eis Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet.


CRedo in vnum deum.

Patrem omnipotentem: Factorem celi et terre. Uisibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descēdit de celis. Et incarnatus est de spiritusancto ex maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub poncio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secūdum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et viuificantem. Qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur.

Qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unu͂ baptisma in remissione͂ peccatorum. Et expecto resurrectione͂ mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Offertorium.




Benedi ctus sit de us pa ter



unige ni tusq͂ de i fi li-



us san ctus quo q͂ spi ritus



quia fe cit nobis cum mise ricordi am



su am Tp͂e pasche. Alle luya

Nota q͂ odor thuris benedicti nunq͂ datur in ecclesia sponso et sponse. Inde est q͂ oblato thure benedicto super altare si descendat thuribul'. ad clericos vel ad laycos: aliud thus est apponendu͂ et hominibus est offerendu͂. Secretu͂

Sanctifica quesumus domine deus noster trinitas sancta: per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: et cooperante spiritusancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum.

¶Aliud secretum.

Adesto domine supplicationibus nostris et hanc oblationem quam tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statum maturitatis et ad diem nuptiarum perducere dignatus es placatus ac benignus assume. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Prefatio. Qui cum unigenito. Post Sanctus prosternant se sponsus et sponsa in oratione ad gradum altaris extenso super eos pallio quod teneant quattuor clerici per quattuor cornua in superpelliciis nisi alter eorum prius fuerit desponsatus et benedictus: quia tunc non habeatur pallium super eos nec dicatur sacramentalis benedictio ut postea patebit. Deinde dicto Per omnia secula seculorum. amen post Pater noster. anteque dicitur Pax dni sit semper vobiscum. facta fractione eukaristie more solito dimissaque hostia in tribus fractionibus super patenam dicat sacerdos conuersus ad illos orationes sequentes sub tono lectionis: illis interim genuflectentibus sub pallio sacerd. sic dicente.



Dominus vobiscum. Oremus.

Propiciare dne supplicationibus nostris: et institutis tuis quibus propaginem humani generis ordinasti benign9 assiste: ut qd te auctore iungitur te auxiliante




seruetur. Per christum dominum nostrum. Oremus.

Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti: q dispositis uniuersitatis exordiis homini ad ymaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium

condidisti: vt feminineo corpori de virili carne dares princi-
pium docens quod ex vno placuisset institui: nunquam liceret
disiungi. Hic incipit benedictio sacramentalis.

Deus qui tam excellenti misterio coniugalem copulam
consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum presignares
in federe nuptiarum. Hic finitur benedictio sacramentalis.

Deus per quem mulier iungitur viro et societas princi-
paliter ordinata ea benedictione ✠ donatur que sola nec
per originalis peccati penam nec per diluuii est ablata sen
tentiam. respice Respice propicius super hanc famulam
tuam que maritali iungenda est consortio: tua que se expe
tit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pa-
cis: fidelis et casta nubat in christo: imitatrixque sanctarum
permaneat feminarum. Sit amabilis vt rachel viro/ sa-
piens vt rebecca/ longeua et fidelis vt sarra. Nichil in ea
ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fi
dei mandatisque permaneat vni thoro iuncta contactus il
licitos fugiat: muniatque infirmitatem suam robore disci-
pline. Sit verecundia grauis/ pudore venerabilis/ doctri
nis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole/ sit probata
et innocens et ad optatam perueniat senectutem et videat
filios filiorum suorum vsque in terciam et quartam proge
niem: et ad beatorum requiem atque celestia regna



perueniat. Per dominum. ℟. Per omnia secula seculorum. Amen.
Notandum quod hec clausula Deus qui tam excellenti my-
sterio\ vsque Deus per quem mulier iungitur viro: non di
catur in secundis nuptiis vir enim aut mulier ad bigami
am transiens non debet iterum a sacerdote benedici: quia
cum alia vice benedicti sint: eorum benedictio non debet

iterari: quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam. Notandum est autem quod inhibitum est per capitulum extra de secundis nuptiis: ne benedictio detur in secundis nuptiis. quod etiam testatur beatus ambrosius qui ait. **Prime nuptie a domino sunt constitute. Secunde vero permisse. Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur. Secunde vero carent omni benedictione.** Sed quia plures benedictiones sunt in nuptiis celebrandis scilicet in introitu ecclesie et super pallium et post missam et super thorum in sero: Querere que benedictio sit iteranda in secundis nuptiis et que non. Sciendum est quod in hac oratione que sic incipit. **Deus qui potestate.** et tres sunt benedictiones ibidem que idem habent principium: scilicet **Deus.** media autem est omittenda scilicet ista. **Deus qui tam excellenti.** usque **Deus per quem mulier.** quia in ista benedictione agitur de unitate christi et ecclesie: que figuratur in primo matrimonio non autem in secundo. unde apostolus ad corinthios ait. **Erunt inquit duo in carne una.** et hoc notatur extra de bigamis. capitulo **Debitum. et sit vir unius uxoris.** et hoc pro primo matrimonio: sed qui adheret pluribus dissolvit unitatem vel fedus unitatis: et ideo illa benedictio que agit de unitate scilicet **Deus qui tam excellenti misterio** et cetera. non dicitur in secundis nuptiis: et hoc est verum tam in viro bigamo quam in muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam: sed omnes alie benedictiones sive orationes debent dici indifferenter secundum curiam romanam/ et secundum hostiensem et thomam alquinum et morandum doctorem. Et questio ista discussa erat et determinata in sacro palatio domini [illegible] et translata in angliam per magistrum. Johannem haysted. anno domini M.ccc.xxi. et causa discussionis erat quia multitudo sacerdotum tunc temporis ad sedem

apostolicam conuolarũt causa obtinende absolutionis beneficium pro benedictionibus in secundis nuptiis indiscrete collatis. Ideo super hoc statuitur constitutio noua. Johannis xxii. que sic incipit.

Concertationi antique finem imponere cupientes presenti declaramus edicto: q' licet vir vel mulier ad bigamiã vel ad secundas nuptias transierint: benedici non debent cum fuerint alias benedicti. q' si forsan alter eorum vel ambo essent ad secundas nuptias transeuntes et in primis nuptiis benedicti non fuerint: tãda est eis bñdictio in secundis nuptiis. Sane volentes antiquum rigorem temperare: concedimus q' presbiter qui secundas nuptias benedixerit sciẽter ad sedem apostolicã ex hoc venire minime teneat: sed a pena suspẽsionis hoc casu a iure indicta: per suos possunt diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionẽ quorũdam hactenus ex hoc se nõ reputantes suspẽsos ordines quoslibet seu queuis bñficia receperint: diocesani eorũ a pena suspensionis pdicta ipsos absoluere ac super executiõe ordinum et retentione beneficiorum huiusmodi cũ eis valeant licite dispẽsare. Hic queri potest quare secũde nuptie nõ benedicãtur: Ad hoc dico q' scdm matrimoniũ quãuis in se cõsideratũ sit pfectum sacramentum tamen in ordine ad primũ sacramẽtũ consyderatũ: aliqd habet de defectu sacramẽti. qa nõ habet plenã significatione cũ nõ sit vna caro sicut est i matrimonio xpi et ecclie et rõe hui9 defectus bñdictio a scdis nuptiis subtrahit. Sed hoc est intelligẽdũ quando secũde nuptie sunt scde ex parte viri et ex parte mulieris tñ prie. Si eni virgo cõtrahat cũ illo qui habuit aliã vxorem: nichilominus nuptie benedicuntur. saluatur et aliquo modo significatio etiã in ordine ad primas nuptias: qz eps et si vnã ecclesiã habeat sponsã: habet tñ plures psonas desponsatas in vna ecclesia: sed ala non

potest esse sponsam alterius quam christi quia cum demone fornicatur nec est matrimonium spirituale et propter hoc quando mulier secundo nubit: nuptie non benedicuntur propter defectum sacramenti. ¶ Post hec vertat se sacerdos ad altare et dicat. **Pax domini. z. Agnus dei.** Tunc amoto pallio surgant ambo sponsus et sponsa et accipiat sponsus pacem a sacerdote et ferat sponse osculans eam et neminem alium nec ipse nec ipsa: sed statim diaconus vel clericus a presbitero pacem accipiens ferat aliis sicut solitum est. Communio.

Benedicimus de um ce li et coram omnibus viuentibus confite bimur e i qui a fe cit nobis cum mise ricor diam su am. Tempore pasch. Alleluya al le luya.

Proficiat nobis ad salutem corporis Postcomio. et anime domine deus huius sacramenti susceptio: et sempiterna sancte trinitatis eiusdemque indiuidue unitatis confessio. Alia postcommunio.

Quesumus omnipotens deus instituta prouidentie tue pio amore comitare: ut quos legitima societate connectis: longeua pace custodias. Per dominum nostrum.

Post missam benedicatur panis et vinum vel aliquod potabile in vasculo et gustent in nomine domini sacerdote dicente. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic domine panem istum et hunc potum et hoc vasculum sicut benedixisti quinque panes in deserto et sex ydrias in chana galilee: vt sint sani & sobrii atque immaculati omnes gustantes ex eis saluator mūdi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Nocte vero sequente cum sponsus et sponsa ad lectum peruenerint: accedat sacerdos et benedicat thalamum dicens. Dn̄s vobiscum. Et cum spiritu tuo. Orem⁹. Orō.

Bene ✠ dic domine thalamum istum & oēs habitātes in eo: vt in tua pace consistant et in tua volūtate permaneāt et in amore tuo viuant et senescant et multiplicentur in longitudinem dierum. Per dominum nr̄m.

¶ Itē benedictio super lectū cū Dn̄s vobiscū. et Orem⁹.

Bene ✠ dic dn̄e hoc cubiculum. respice. qui nō dormis neque dormitas / qui custodis israel custodi famulos tuos ī hoc lecto quiescentes ab omnibus fātasmaticis demonū illusionibus. custodi eos vigilātes vt ī preceptis tuis mediten̄t dormiētes & te p̄ soporē sentiāt vt hic & vbique defensiōis tue muniān̄t auxilio. Per do. Deinde fiat benedictio super eos ī lecto tn̄ cū Oremus Benedictio

Bene ✠ dicat deus corpora vr̄a et animas vestras et det super vos benedictionem sicut benedixit abraham ysaac et iacob amen. Alia benedictio cum Oremus.

Manus dn̄i sit sup̄ vos mittatque angelū suū sanctū qui custodiat vos omnibus dieb⁹ vite vestre am̄.

Bene ✠ dicat vos. Alia benedictio cum Oremus.

B pater & filius et spiritussanctus qui trinus est in numero et vnus est in numine amen. His peractis aspergat

eos aqua bñdicta: et sic descendat et dimittat eos in pace.

¶ Ordo ad seruitium peregrinorum faciēdū. In primis cōfiteātur peregrini de omnibus pctis suis deide dicātur sup eos coram altari prostratos. psal. et preces sequētes: et post vnūquēqꝫ psalmū dicitur Glia pri. ps. Ad te dñe leua. et ps. Miserere. Require in vigilia mortuorum. Psalm⁹

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectiōe dei celi commorabitur. Dicet dño susceptor meus es tu et refugium meum deus me⁹ sperabo in eum. Qm̄ ipse liberauit me de laqueo venātium: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verūtamen oculis tuis cōsiderabis: et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es dñe spes mea: altissimum posuisti refugium tuum. Nō accedet ad te malum: et flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Qm̄ angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in oībus viis tuis. In manibus portabūt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidē ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ conculcabis leonem et drachonem. Qm̄ in me sperauit liberabo eum protegam eum qm̄ cognouit nomen meū. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā eū cum ipo sum in tribulatiōe: eripiā eum et glorificabo eū. Longitudine dieꝝ replebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meum. Glia patri. Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pat noster. Et ne nos. Sed libera nos Ego dixi dñe miserere mei. Sana animam meam quia peccaui tibi. Vias suas dominus demōstret tibi. Et semitas suas doceat te. Gressus tuos dominus dirigat secūdum eloquiū

tuum: vt nõ dominētur tibi oēs iniusticie. Utinam diri gantur vie tue. Ad custodiendas iustificationes domini. Perficiat dominus gress⁹ tuos i semitis suis. Ut nõ moueantur vestigia tua. Benedictus dñs deus die quotidie psperum iter faciat tibi. Deus salutarium tuoꝝ sũ. Angelus dñi bon⁹ comiteꝛ tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos: et iterum cum gaudio reuertaris ad ppria. Beati imaculati in via. Qui ābulāt i lege dñi. Nichil pficiat inimicus tibi. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere tibi. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos ppter nomē tuũ. Dñe deus virtutũ conuerte nos. Et ostēde faciē tuā ꝛ salui erimus. Dñe exaudi orationem meā Et clamor meus ad te ve. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Orem⁹.

Adesto dñe supplicatiōibus nostris: et viā famuli tui. N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates: tuo semper protegatur auxilio. Per xp̄m dominũ nostrũ. Oremus. Oratio.

Deus qui ad vitā ducis ꝛ cõfidentes i te paterna protectiōe custodis: quesum⁹ vt huic p̄nti famulo tuo N. a nobis egredienti angelicũ tribuas comitatũ. vt auxilio tuo ptectus nullius mali concutiatur formidine/ nullo comprimaꝛ aduersitatis languore nullis irruentis inimici molestetur insidiis: sed spaciis necessarii itineris proprio gressu peractis propriisq; locis restitutus recipiaꝛ sospes ac debitas exoluat tuo nōi grãas. Per ꝛc. Orem⁹. Oro.

Deus qui diligētibus te miam tuā semper ipēdis: ꝛ a seruiētibus tibi in nulla ès regione longinquus: dirige viam huius famuli tui N. in voluntate tua: vt te protectore te duce per iusticie semitas sine offensione gradiatur. Per dominum nostrum. Hic surgant peregrini a prostratione: et benedicat sacerdos peras suas et baculos suos dicens. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac p̄ris iussione sp̄ūsc̄ꝫ sc̄ti cooperatione de celo descendere voluisti ouemq̄ꝫ perditam dyabolica seductione voluisti querere atq̄ꝫ ꝓpriis humeris ad celestis patrie gregem referre: quiq̄ꝫ precepisti filiis matris ecclesie orando petere viuendo querere ac pulsando perseuerare: vt citius inuenire valeant salutaris premia vite: te humiliter suplicamus quaten⁹ sāctificādo bn̄ ✠ dicere digneris hāc perā et hunc baculum: vt q̄cūq̄ꝫ eā in tui nois amore ad instar humilis armature lateri suo applicare atq̄ꝫ collo suo suspendere/ siue in manibus suis gestare: sicq̄ꝫ peregrinādo suffragia sctōrū humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue protecti munimine peruenire mereātur ad gaudia mansionis eterne. Per te saluator mundi. Qui cum patre. ꝛc. Hic aspergat aquā bn̄dictam super peras et baculos ꝛ ponat singulis peregrinis perā ad co llū dicens

IN noīe dn̄i nr̄i iesu christi accipe hanc perā habitū peregrinationis tue: vt bene castigatus ꝛ saluatus peruenire merearis ad limina sctōꝝ quo pergere cupis: ꝛ peracto itinere tuo: ad nos reuertaris incolumis. Per eundem do. ꝛc. Deinde tradat singulis eorū baculū ita dicens

ACcipe hunc baculū sustētationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas oēs cateruas inimici: et peruenire securus ad limina sanctorū quo pergere cupis: et peracto obedientie cursu ad nos reuertaris cū gaudio. Per dn̄m no. Si vero aliqui illoꝝ ꝓfecturi sint hierl'm: tunc habeant ipsi vestes cū cruce signatas: et bn̄dicantur cruces hoc mō. Dn̄s vo. Oremus

DEus inuicte potentie pietatis immense Oratio. atq̄ꝫ peregrinantium totius consolationis auxilium: qui famulis tuis victricia arma tribuis: quesumus vt has cruces deuote humilitatis be ne ✠ dicere digneris:

vt venerande crucis vexillum cuius in eis est designata figura sit inuictissimũ robur seruoꝝ tuoꝝ cōtra antiqui hostis nequissima tentamēta: sit in via defensio: sit in domo protectio: sit vbiqꝫ presidiũ. Per dñm. Hic aspergatur aqua benedicta super cruces et detur singulis peregrinis sic pfecturis vestis cum cruce signata dicente sacerdote.

Accipe vestimentum cruce domini nostri saluatoris signatum: vt per illud salus benedictio et virtus prospere proficiscendi ad sepulchrum ipsius tibi comitetur. Qui cum deo patre et spiritusancto viuit et regnat deus. Per. His finitis: dicatur missa pro iter agentibus. Ad missam officium hoc modo incipitur



Esto michi in de um pro te ctorē et in locũ


refugi i vt saluũ me faci as quoniã firmamentum


meum et refugium meum es tu et propter nomen


tuum dux mi chi e ris et enutri es me.

Tempore paschali.

Alle lu ya alle lu ya. Ps.



In te domine speraui non ↄfundar in eternū: i iusticia



Adesto dn̄e supplicatiōib⁹ nr̄is et viam famuli tui. ℟ I tua libera me et eripe me. Or. salutis tue prosperitate dispone. vt inter omnes vie et vit huius varietates: tuo semper protegatur auxilio. Per dn̄m. Lectio libri genesis

IN dieb⁹ illis. Locut⁹ est abraham dicēs. Dn̄s de⁹ celi q̄ tulit me de domo patris mei: et de terra natiuitatis mee: qui locutus est michi ꝛ iurauit dicens Semini tuo dabo terrā hāc: ipse mittet angelum suum coram te. Gradale. Esto michi in deum pro-



te cto rem et in lo cum re-



fu gi i vt saluum me fa-



cias. ℣. Deus in te



speraui domine non confun-

dar in eter num

Repetat grad

Alle lu ya. ℣.

Qui ti ment

do minum spe rent in e um

adiu tor et prote

ctor eo rum est.

Si i tpe pascha-
li cōtige. tūc erit
secūdū Allā vnū
ex sequētibus. A lle luya.



vel Alleluya. Surrexit altissimus. vel Alleluya xps mortuus est. Require in gradali. Euãgeliũ. Scdm matheũ.

IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Eũtes pdicate dicẽtes: qꝛ appropiquabit regnũ celorũ. Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mũdate demones eiici te. gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurũ neqꝫ argentũ i zonis vr̃is. Nõ perã/nõ calciamẽta neqꝫ duas tunicas habeatis: neqꝫ virgã. Dign⁹ est operari⁹ mercede sua. In quãcũqꝫ aũt ciuitatẽ aut castellũ itraueritis: iterrogate qs in ea dign⁹ sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrãtes autẽ domum: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et siquidem illa dom⁹ fuerit digna: maneat pax vr̃a sup eam. Si aũt non fuerit domus digna: pax vestra super vos reuertetur. Et quicunqꝫ nõ recepit vos nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo vel de ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris sup eam. Amen dico

vobis: tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii: quam illi ciuitati.


Offer. Spe rent in te omnes qui nouerunt no men tu um domi ne quoniam non de re linquis querentes te psal li te domi no qui ha bitat in syon quoniam non est obli tus oratio nem pauperum.

In tempore pascali. Al le luya.

Hic offerant peregrini. Secr.

Propiciare quesumus domine supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume: ut viam illorum precedente gratia tua dirigas: et subsequente comitari digneris: ut de actu atque incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominum nostrum iesum christum

Communio. Tu mandasti mandata tu a custodi-



ri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custo-



diendas iustifi ca ti o nes tuas. In tẽpore pascha li dicit Alle-



lu ya alle luya.

Postcõ. Sumpta q̃s dñe celestis mysterii sacramenta ad prosperitatẽ itineris famuli tui pficiãt: et eũ ad salutaria cuncta pducãt. Per dñm. Post missã dicat sacerdos has orõnes sequentes sup peregrinos corã altari prostratos: siue pfecturi sint hierusalẽ siue ad sanctũ iacobũ vel ad aliam peregrinationẽ. cũ. Dñs vobiscũ. et cũ. Oremꝰ. Oratio.

DEus ĩfinite mĩe ꝛ maiestatis immense quẽ nec spacia locorũ nec interualla tẽporum ab his quos tueris abiungunt: respice adesto famulis tuis et presta: vt in te vbiqꝫ confidẽtibus: ꝛ per oẽm quã ituri sũt viã dux eis ꝛcomes esse dignare: nichil illis aduersitatis noceat nichil difficultatis obsistat. cũcta eis sint salubria / cuncta sint pspera. vt sub ope mĩe tue q̃cq̃d iuste petierint desiderio celeri et pspero ꝯsequant effectu. Per xpm. Alia or. cũ Oreᵒ or

OMnipotens deus qui es via veritas et vita iter tuum in beneplacito suo disponat: angelum suum raphaelem in hac peregrinatione tui custodem adhibeat: q̃ ad loca desyderata cum pace eundo te perducat: et cum salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tui beata dei genitrix maria cum vniuersis angelis et archangelis patriarchis quoqꝫ et prophetis: sint intercessores tui sãcti apostoli petrus et paulus cũ ceteris apostolis

martyribus confessoribus atqȝ virginibus obtineantqȝ tibi sancti quorum queris vestigia cum omnibus sanctis iusta desideria et prosperitatem remissionemqȝ omnium delictorum ac vitam eternam. Per dominum nostrum. Deinde communicentur ⁊ ita recedant in nomine domini.
¶ Benedictio ensis noui militis fiat hoc modo interim genuflectente ipso milite coram altari. Primo dicat sacerdos sine nota Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio
Deus cunctorum i te sperantium protector: adesto supplicationibus nr̃is: ⁊ concede huic famulo tuo qui sincero corde gladio se primo nititur precingere militari. vt in omnibus galea tue virtutis sit protectus: ⁊ sicut dauid et iudith contra gentis sue hostis fortitudinis potẽtiam victoriam tribuisti: ita tuo auxilio munitus contra hostium suorum seuiciam victor vbiqȝ existat: ⁊ ad sancte ecclesie tutelam ꝓficiat. Per xp̃m do. Alia orõ cum. Ore9.
Deus qui trinos gradus hostium post lapsum ade in toto orbe terrarum contriuisti quo plebs tua fidelis immunis ab omni impetu nequitie secura ⁊ quieta ꝑmaneret. adesto supplicationibus nostris et hũc ensẽ quẽ inuocatione tui sanctissimi nois bñdicimus: bñ ✠ dicere dignare vt famulus tuus cui eũ te largiẽte concedimus ac accingimus sic eo vtatur Hic succingat sacerdos militem cum ense. quatenus et hostes ecclesie insidiantes reprimat: et seipsum ab omni inimico tua protectione potenter defẽdat. Per christum. Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctum aqua bñdicta: et recedat miles i nomine dñi
¶ Benedictio carniũ i die pasche cum Dñs vo. et Orem9
Deus celi terreqȝ dominator qui das escam omni carni et imples omne animal benedictione: bene ✠ dic et sancti ✠ fica hanc creaturam carnis et nobis dona tua sumentibus anime et corporis sanitatem cõcedas.

Per xpm dñm nostrum. Alia oro cum Oremus. Oratio.
DEus qui vniuerse carnis es conditor: qui noe et filiis suis de mūdis et imundis animalibus pcepta dedisti quiqꝫ sicut olera herbarū humano generi quadrupedia mūda edere permisisti/ et qui agnum ī egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figura agni domini nostri iesu xpi cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti et nocte illa omne primogenitū in egypto percutere pcepisti seruās populū tuū agni sanguine prenotatum: dignare dñe deus omps bñ ✠ dicere ꝛ scti ✠ ficare has carnes vt qcūqꝫ ex populo tuo fideli ex illis comederit: omni benedictiōe celesti et gra tua saturati repleantur in bonitate p quem hec oia dñe cōdita sunt et ab initio creata: salua[illegible] mundi. Qui viuis et regnas cū deo pa. ꝛc. Hic aspgatur aqua bnd. sup carnes
¶ Bñdictio carnis casei butyri ouorū siue pastillorum in pascha. cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.
DOmine deus oipotens qui fecisti ꝛ creasti cūcta viuentibus tue largitatis alimoniā humanūqꝫ genus spūalibusqꝫ escis ac poculis tuor preceptor. terrenisqꝫ substantiis tuorū donorum indesinēter reficis: te omnipotentem deum obnixe petimus: vt hec dona tua carnis casei butyri vel ouorum siue cuiuscunqꝫ alterius cibi que tuipse creasti et nobis donasti perpetua claraqꝫ benignitate sanctificare ac bñ ✠ dicere digneris: vescentibusqꝫ ex eis largam tue bñdictionis sanitatem in visceribus eorū clementer collata: et presentis vite sospitatem et future beatitudinem misericorditer indulge. Per do no. Deinde aspgat sacerdos aquam benedictā. ¶ Bñdictio nouorū fructuum quorumcunqꝫ. cum Dñs vobiscum. et Oremus.
DOmine sancte pater omnipotēs eterne Oratio.
de⁹ qui benedixisti quinqꝫ panes in deserto ꝛ duos

pisces vnde saturati sũt quinqȝ milia hoim: sic bene ✠ dicere ꝛ sanctificare digneris hunc fructũ quem accipiamus in tuo sctõ noie et filii tui dñi nostri iesu xpi: vt qui sumpserint ab eo accipiant saturitatẽ mentis protectionem corporis tutelam salutis et securitatem spei corroborationem fidei ꝛ eternitatem spiritussancti. Per eundẽ do. In vnitate eiusdẽ. Hic aspgatur aqua bñdicta ꝛc. ¶ Bñdictio ad oia quecunqȝ volueris. cum Dñs vobiscum. et Oremꝰ. Oro

CReator et conseruator humani generis dator grẽ spũalis largitor eterne salutis tu domine mitte spiritum sanctum tuũ super hãc creaturã. R. vt armata virtute celestis defensionis quicunqȝ ex ea gustauerint proficiat illis ad salutem: et tam corporis q̃ anime recipiant sanitatẽ Per d. Hic aspergatur aqua bñdicta sup ea ¶ Bñdictio seminis. cum Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

OMñps sempiterne deus creator generis humani suppliciter tuã clementiam exoramus vt hoc semẽ qḋ in tuo sancto noie serẽdi sumus in agros nr̃os: celesti bñdictione bene ✠ dicere et multiplicare digneris: atqȝ ad maturitatem perducere. vt per vniuersum orbẽ terrarꝫ collaudetur dextera tua. Per dñm no. Deinde aspergatur aqua benedicta super semen. ¶ Benedictio pomorũ in die sancti iacobi. cum Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmie sancte pater oĩps eterne deus qui ad infirmi mũdi ornatũ die tercia lignum pomiferum facere fructum in principio p̃cepisti: quiqȝ amarũ vetiti pomi saporẽ antiqui serpẽtis suasu a patribus nostris gustatum vnigeniti filii tui dñi nr̃i iesu christi passione salutari non sentire posteros filios naturaliter voluisti a quo sanitas et omne medicamentum venit: quesumus inenarrabilem pietatem tuam: vt hunc nouorum pomorum fructum tuo conspectui oblatum: bene ✠ dicere et sanctifi ✠ care

digneris: quatenus sancti apostoli tui iacobi et martyris tui christofori quorum hodie festa celebramus: omniumque sctõrum tuorum meritis ac precibus quicunque fideles tui cũ gratiarum actione ex eo gustauerint: sanitatẽ mẽtis et corporis operãte in eis spiritusancto percipere mereantur. Per eundem dominum. In vnitate eiusdem spiritussancti deus. etc. Itẽ benedictio pomorum cum Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Te deprecamur oms deus vt bene ✠ dicas hũc fructum nouorum pomorum: vt qui esu arboris letalis et pomo in primo parente iusta funeris sententia multati sumus per illustrationem vnici filii tui redẽptoris dei ac dñi nostri iesu xpi et spũssancti bñdictione sanctificata sint oia atque bñdicta. depulsisque primi facinoris intentatoris insidiis salubriter ex huius diei anniuersariis solẽnitate diuersis terris edendis germinibus sumamus. Per eũdẽ dñm In vnitate eiusd. Deide sacerd. aspergat ea aqua bñdicta.

¶ Bñdictio elemosine cũ Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Deprecor te dñe sctẽ pater oms eterne deus: vt istã elemosynã bñ ✠ dicere et sctificare digneris pro aia famuli tui N. ad remedium et remissionem peccatorum suorum: vt in luce tue amenitatis sine fine letetur. Per dñm. Deinde aspergat sacerdos sup eam aquam benedictam.

¶ Bñdictio panis in diebus dñicis. In primis sacerdos legat euangeliũ scdm iohannem. In principio. et postea dicat. V. Sit nomen dñi bñdictum. Ex hoc nũc et vsque i seculum. Deinde dicat sic. Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dñe creaturam istã panis sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt oẽs ex eo gustãtes tã corporis qz aie accipiãt sanitatem. In noie patris et filii et spũsscti. Tũc aspgat aqua bñdicta sup panẽ et distribuat

¶ Bñdictio scuti et baculi ad duellum faciendum. In primis dicat sacerdos prostratus ante altare pos sequeñ. cũ

Gloria patri. Pugnaturo interim genuflectente retro sacerdotem. ps Deus in adiutoriū. Require i visitatiōe ifirmorum. Bñdicā dñm. Judica dñe nocētes. Qui habitat vt s. in officio peregrinor. ps. Quicunq; vult. ā. Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a. ꝛc. Kyrie el. Xp̄e el. Kyrie eleison Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Dñe non scd̄m peccata nostra facias nobis. Neq; secūdum iiquitates nostras retribuas nobis. Domie ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū Cito anticipent nos misericordie tue q; pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster. Et ppter gliam nominis tui libera nos ꝛ ppicius esto pctis nr̄is ppter nomen tuum. Saluū fac seruū tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte ei dñe auxilium de sancto. Et de syon tuere eum. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Conuertere dñe vsq; quo. Et deprecabilis esto sup seruum tuū. Dñe exaudi orōem meam. Et clamor. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q̄ mundū ex iformi materia fecisti: et vnicum filium tibi coeternum pro generis humani redēptione spūsancto cooperante incarnari atq; de hoste antiquo triumphare fecisti: te suppliciter petim⁹ vt hoc scutum atq; baculum istum dextera potentie tue benedi✠cere digneris: vt sint arma inuincibilia. . respice atq; triumphare potentia/te adminiculāte victricia: quatenus quicunq; his armis pugnauerit: tua ptectione munitus tam corporis q̄ aie salutē pcipiat atq; victoriosū de hoste reportans trophеum bello peracto: tibi creatori oim grās referat cum filio tuo dño nr̄o iesu xp̄o: q̄ tecū et cum eodē spūsctō vi. ꝛ re. d. p oia. ꝛc. Hic aspergat sacerdos scutum et baculum aqua benedicta: deinde resurgēte pugnaturo: tradat ei sacerdos scutum dicendo. Accipe hoc scutū ad corporis tui protectionem. In nomine patris. etcetera.

Item dicat sacerdos. Protegat te christus filius dei uiui. Amen. Deinde tradat ei sacerdos baculum dicens. Accipe hũc baculum ad hoc duellũ ꝑparatũ: cum quo valeas tibi rebellantẽ prosternere et insurgentem conterere: habeasqꝫ victoriam. In noīe pr̃is. ꝛc. Deinde tenens pugnatu eius scutum et baculũ iterũ genuflectat coram altari: dicẽte sup eum sacerdote. Dñs vobiscũ. et Oremus Oratio.

Confortator ꝛ corroborator sustentamẽtumqꝫ tuorum fidelium adonay indeficiens interminabilis/ inenarrabilis pater eterne deus qui gẽtes magnas et reges fortes corã populo tuo israel destruxisti et vicisti: quiqꝫ puero tuo dauid de gygante te blasphemãte atqꝫ i sua virtute confidente triumphare concessisti: te supplices exoramus vt hũc famulum tuum N in te confidẽtem: benedicere adiuuare ꝓtegere confortare et conseruare: atqꝫ sanctorum tuorũ angelorꝫ presidio eum vallare digneris. presta ei dñe fidem rectã/ spem firmam/ cordis fiduciã/ corporis fortitudinẽ oīmqꝫ mẽbrorum valitudinem quatenus te adiuuãte hostem ꝓsternere atqꝫ victoriam capescere mereatur: tibiqꝫ soli deo oīpotenti bello triumphaliter pacto gratias ꝛ laudes referat. Per christũ dominum nostrum.

Deinde sacerdos dans ei benedictionem dicat hoc modo.

Confortare ꝛ esto robustus: spera i domio ꝛ fac bonitatẽ ꝛ noli obliuisci omnes retributiões eius. ipse det tibi vitam ꝛ victoriã ꝛ bñdi ✠ ctionẽ i sc̃l'm sc̃l'i. amẽ. Bene ✠ dicat te deus pater. amen. Custodiat te iesus christus. amen. Confortet te spiritussanctus. Amen. Prestet tibi victoriam trinus et vnus deus. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Deinde aspergat sacerdos eum aqua benedicta: et ita recedant in nomine domini. ¶ Benedictio oculorum infirmorum: potest fieri in hũc modum si necessitas inducat ꝛ deuotio alicuius

illam deposcat. In primus genuflectat infirm⁹ corã altare: deinde dicat sacerd Dñs vobiscũ. ꝛ Oremus. Oratio.

Domine iesu xp̄e qui aperuisti oculos ceci nati: serena huius famuli tui oculos dans in eis visum perspicacẽ sufficientem ydoneũ competentẽ in obsequium tuum per virtutem huius sacramenti et per hoc signum sancte crucis tue. Hic signet sacerdos oculos infirmi signo sãcte crucis cum corporalibus et cum eisdem ventulet in oculis eius dicens. In noĩe p̄ris ꝛ filii ꝛ spiritussancti. Amen.

¶ Benedictio nauis. cũ Dñs vobiscũ. ꝛ Orem⁹. Oratio.

Deus cuius prouidentia vniuersa regũtur ꝛ ꝯseruãtur: qui domiaris potestatis maris ꝛ mitigas motum fluctuum eius qui noe famulo tuo ne genus humanum totum periret ĩ diluuio archam facere precepisti: qui ventis ꝛ tẽpestatibus imperas ꝛ obediũt: qui petrũ super aquas maris ambulantẽ ne mergeret erexisti: tuã dñe clementiam obnixe petim⁹ et humiliter imploramus: quatenus hanc nauiculã per virtutẽ sc̃tẽ crucis et per intercessionem beate et gloriose marie sp̄ virginis et oĩm sc̃tõꝝ tuoꝝ tua dextera digneris bene ✠ dicere omnesq̄ insidias hostium visibilium et inuisibilium ab ea repelle: vt ĩ ea sub tua protectione nauigantes: nullis illudãtur fantasmatibus nullis deiiciantur aduersis / nõ eos vorago terribilis sorbeat non tempestas ĩpellat / non frangat scopulus / non inuadat aduersarius: sed vniuersis expedita terroribus: nomen tuum collaudantes ad ꝓpria cũ gaudio reuerti mereantur. Per te saluator mundi qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secula seculoꝝ. Amen. Deinde aspergatur nauis aqua b̃ñdicta ¶ Omni die per annum de quocunq̄ fiat seruitium nisi in diebus veneris et quando ieiunium est preceptum vt in vigiliis quattuor tẽporibus et ferialibus diebus infra quadragesi

et nisi per ebdomadā pasche: dicantur benedictiones ante prādium hoc modo. In primis dicat sacerdos. Bñdicite ℞. Dñs. ps. Oculi oīm in te sperant dñe: et tu das escam illor in tēpore oportuno. Aperies tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Deinde dicat sacerdos Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos a malo. Sacerdos. Oremus. Bene✠dic domine nos et dona tua que de tua largitate sumus sumpturi. Per christum dominum nostrum. ℞. Amen. Lector. Jube domine benedicere. Sacerdos. Mense celestis participes faciat nos rex eterne glorie. Amen. Lector. Deus charitas est qui manet in caritate in deo manet et deus in eo: sit deus in nobis et nos maneamus in ipso. ℞. Amen. Hec predicta lectio non mutatur p totū annū quando predicte benedictiones dici debent ante prandium: nisi in dñicis paschalis temporis tantum. tunc enī dicatur sequens lectio. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio sicut estis azimi: etenim pascha nostrum immolat⁹ est christus: itaq epulemur in dño. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis z dilectionis maneat semper nobiscum: tu autem domine miserere nostri. ℞. Deo gratias. ps. Confiteātur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Sicut erat.
Deīde dicat sacerdos capitulū. Agimus tibi gratias rex omnipotens deus pro vniuersis bñficiis tuis: qui viuis z regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.
Deinde dicatur sequens psalmus sacerdote incipiente.
Laudate dominum omnes gētes: laudate eū omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternū. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie el. Christe eleysō Kyrie el. Pater noster. Et

ne nos. Sed libera nos. Dispersit dedit pauperibus. Iusticia eius manet in seculũ seculi. Benedicam dñm ĩ omĩ tẽpore. Semp laus eius ĩ ore meo. In dño laudabit aĩa mea. Audiãt mãsueti et letent. Magnificate dominũ mecũ. Et exaltemus nomẽ eius in idipm. Sit nomẽ domini benedictum. Ex hoc nũc et vsqȝ in seculum. Deinde dicat sacerdos sine oremus. Retribuere dignare domine deus oĩbus nobis bona faciẽtibus ppter nomen sanctum tuũ vitam eternã. Amen. Benedicamus dño. Deo gratias. Deinde dicatur de sancta maria aliqua antipho. ad placitum cũ versiculo et orone de eadem que magis tẽpori conueniant: quibus dictis dicatur pro fidelibus defunctis ps.

De profũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Fiãt aures tue intẽdentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuã sustinui te domine. Sustinuit aĩa mea in verbo eius sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsqȝ ad noctẽ: speret israel in domino. Quia apud dominũ mĩa et copiosa apud eum redẽptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniqtatibus eius. Finito psalmo nõ dicatur Gl'ia patri. sed statim sequatur Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libe. Requiem eternam. Et lux ppetua. A porta iferi. Erue domine. Credo videre. In terra viuẽtiũ. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Orem⁹. Oratio.

Absolue q̃s dñe aĩas famulorũ famularumqȝ tuarum parẽtũ parrochianorũ amicorum et benefactorũ nostrorum et oĩm fideliũ defunctorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirẽt. Per xpm dñm nostrũ. Amen. Requiescant in pace. Amẽ. Deinde dicat sacerdos. Bñdicite. Domin⁹. Sacerdos Det viuis grãm/defunctis misericordiã/ ecclesie ꝛ

regno pacem: et nobis vitam eternam. Amen. Et dicatur psalmus. De profundis. In fine gratiarum post prandium omni die per annum de quocunque fiat servitium: nisi in duplicibus festis principalibus. Ante cenam vero per totum annum fiant benedictiones hoc modo sacerdote dicente. Benedicite. ℟. Dñs Cenam sanctificet qui nobis omnia prebet. In nomine patris ✠ et filii et spiritussancti. Amē. Deinde post cenā per totum annum nisi per ebdomadam pasche dicat sacerdos hoc modo Benedictus deus in donis suis. ℟. Et sanctus in omnibus operibus suis. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum ⁊ terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc ⁊ usque in sclm. sequatur or̄o sine. Oremus. sic Retribuere dignare cum antiphona de sancta maria ut supra post prandium Nunquam enim dicat ps. De profundis. post cenam secundum usum Sar. Quandocunque fuerit quod ieiunium est preceptū ut in vigiliis quattuor temporibus et in omnibus ferialibus diebus infra quadragesimam: de quocunque fiat servitiū / dñicis diebus tantum exceptis ac in omni die veneris per annū quodcunque festum duplex vel simplex ibidem contigerit nisi in die natalis domini et per ebdomadam pasche: dicantur benedictiones ante prandium hoc modo. Benedicite. ℟. Dominus. Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum seculi. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Oremus Benedic domine nos ℣. Iube domine benedicere. Sacerdos. Cibo spiritualis alimonie reficiat nos rex eterne glorie. Amen. lectio. Gratia domini nostri iesu xpi et charitas dei et cōmunicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus nobis. Amen. Her predicta lectio nō mutatur per totū annū quādo iste,


benedictiones dici debẽt ante prandium nisi in ferialibus diebus infra quadragesimam: tunc eni dicatur hec lectio. Frange esurienti panem tuũ et egenos vagosq; induc in domũ tuã: cũ videris nudũ operi eũ: et carnem tuam ne despexeris. ait domin⁹ omnipotẽs. Similiter in vigilia pasche dicitur hec lectio. Si cõsurrexistis cum christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens. Deinde post prandium dicat sacerdos. hoc modo. Deus pacis et dilectionis. vrs. ꝑ. Memoriam fecit mirabiliũ suorũ misericors et miserator dominus escã dedit timẽtibus se. Gloria patri. Sicut erat. Cpm. Agimus tibi grãs oĩps. ps. Laudate dñm omnes gẽtes. Qm cõfirmata est. vrs. Iste ps. predictus non mutat ꝑ totum annũ nisi in ferialibus diebus infra quadrage. tũc enim loco eius dicit ps. Miserere. i. per totam quadragesimã de quocunq; fit seruitiũ. et ratio: q2 huiusmodi bñdictiones sũt de natura tẽporalis et nõ sanctorum. deinde fiãt oĩa vt supra post prãdiũ in alio tempore. Tamen in vigilia pasche nõ dicit ꝑ. Miserere. sed ps. Laudate dñm omnes gentes. quo dicto dicat sacerdos. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Spiritum in nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate cõcordes. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spũssancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Benedicamus domino. Deo gratias. In die pasche et per totã ebdomadam fiant bñdictiones ante prandiũ hoc modo. Benedicite. Domin⁹. Hec dies quam fecit dñs exultemus et letemur in ea. Gloria patri. kyrie eleyson. Christe eleysõ kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Oremus. Benedic domine nos. Iube domine benedicere

Mense celestis. lectio. Expurgate vetus fermentum. vts. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo. Qui dat escā omni carni cōfitemini deo celi: tu aūt dn̄e miserere nostri. Deo gratias. ps. Laudate dn̄m oēs gentes. Qm̄ cōfirmata. Gloria patri. Sicut erat. ℣ In resurrectione tua xp̄e. ℟. Celi et terra letent alł'a. Dn̄s vobiscum. Oremus. Spiritum in nobis. vts. Bn̄dicamus dn̄o. Deo gr̄as. āte cenam fiāt benedictiones vts. deinde post cenam dicat hoc modo. Hec dies quā fecit domin⁹. ℣. In resurrectione tua christe. ℟. Celi et terra. Dn̄s vobiscum. Oremus. Spiritum in nobis do. vts Benedicamus domino. Deo gr̄as

QUaliter hi qui ad ordinem anachoritaꝝ accedunt: accedere siue se habere debeāt sequentia secundum vsum Saꝝ. declarabūt. Non oportet quemꝗ inclusū fieri sine ep̄i ꝯsultu. ab ep̄o aut aliquo alio presbitero erudiat ac moneatur quatenus ipse deuotus conscientiā suā scrutetur / ac videlicet vtrum bona intentione aut mala sanctitatem appetit: sꝰ deo placere aut lucrum siue laudem humanam acq̄rere affectat. deniꝗ an vires ei an constantia mentis suppetant contra maligni hostis versutias. et contra huius mundi innumerabiles molestias. Que cum se pro regno dei toleraturum ⁊ in deo solo spem positurum promiserit: includat eū ep̄s aut presbiter iussu ep̄i. Ipse vero inclusus discat non superbe sapere quoniā meruit a frequentia hominū separari. sed infirmitati sue poti⁹ credat esse ꝓuisū siue consultū ꝙ elongatus est a cōsortio ꝓximorū. ne crebrius peccando ac se ꝑditioni mancipando: cohabitantes cōtaminaret: et ob hoc in damnationē grauiorē incideret. Reputet ergo se inclusus quasi peccatis damnatum et celle solitarie velut carceri traditum: et propter infirmitatem propriam hominum consortio indignū. Hec regula in vtroꝗ sexu seruetur.

¶ Incipit ordo famulos vel famulas dei includendi In primis prouideat sibi qui includendus est q' de omnibus peccatis suis q̄ mēorie occurrere possunt sit cōfessus ⁊ q' in die diem inclusionis precedēte pane ⁊ aqua tm̄ reficiat. In nocte vero sequente i monasterio inclusorio suo vicino cū cereo suo accēso deuote in orationibus vigilare teneat. In crastino facta exhortatione ad populum et ad eum qui includendus est: epyscopus vel sacerdos incipiat hoc. ℟.



Emendemus in me li us que ignoran



ter pec caui mus ne subito preoccupa ti




die mortis queramus spaci um penitentie et inue-



nire non possi mus. Attende domi ne et mi-



sere re quia pecca uimus ti bi.



℣. Ad iuua nos deus salutaris no ster et propter



Postea prosternens se ep̄s vel sacerdos super tapetū: ante altare cū clericis incipiat hos psal. Domine ne in furore. i. Domine dominus noster. cum Gloria patri. Psalmus.

Exaudiat te dn̄s in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sācto: et de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui: et olocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi scd̄m cor tuū ꝛ oīne cōsilium tuum cō firmet. Letabimur in salutari tuo: ꝛ in nomīe dei nostri magnificabimur. Impleat dn̄s omnes petitiones tuas: nūc cognoui qm̄ saluū fecit dn̄s christum suum. Exaudiat illum de celo sctō suo: in potētatibus salus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autem in noīe dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimꝰ te. Glia pri. ps. Beati quor. ps. Iudica domine nocentes me: expugna. ꝛc. ps. Domine ne in furo. ii. ps. Btūs qui intelli. ps. Iudica me deus et discerne. ps. Miserere mei deus scd̄m. ps. Dn̄e exaudi orationem meam. i. ps.

Benedic anima mea dn̄o: ꝛ oīa que intra me sūt noī sctō eius. Bn̄dic aīa mea domino: et noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui propiciat oībus iniqtatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in mīa et miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquile iuuentus tua: nō dicitur vlterius. ps. De profūdis. ps. Dn̄e non est exaltatum. ps. Domine exaudi. ii.

His dictis sequat. Kyrie eleisō. Xpe el. Kyrie el. Pr̄ noster.

Et ne nos. Sed libe. Saluum fac seruũ tuũ vel ãcillam tuam. Deus me⁹ sperãtẽ i te. Nichil pficiat inimicus i eo. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Mitte ei dñe auxilium de sãcto. Et de syon tuere eũ. Dñe exau. Dñs vo. Orem⁹.

Parce dñe parce famulo tuo N. quem redemisti christe sanguine tuo: ꝛ nõ in eternum irascaris ei. Qui viuis. ꝛc. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Deus infinite mie ꝛ bonitatis immense: propiciare iniqtatibus eius: et oĩbus aĩe eius medere lãguoribus. vt peccatorũ suorum remissione pcepta semper ĩ tua bñdictione letet̃. Per xp̃m dñm nostrũ. Oremus. Oratio

Omĩps sempiterne deus miserere famuli tui. N. et dirige eũ secũdũ clemẽtiam tuã in viã salutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat et tota virtute proficiat et actiones nostras q̃s dñe aspirãdo pueni ꝛ adiuuãdo prosequere: vt cũcta nr̃a opatio a te semp incipiat: et p te cepta finiatur. Per do. His itaq̃ peractis iduet se casula ep̃s vel sacerdos et statim missa de quocunq̃ voluerit incipiatur. Ita ꝙ hec sequẽs oratio dicat̃ pro icludẽdo: et dicat̃ oratio sub vno Per dominũ nostrũ. ꝛ sub vno Orem⁹. Oratio

Deus qui iustificas impiũ et nõ vis mortẽ peccatoris maiestatẽ tuã suppliciter depcamur: vt famulũ tuum N. de tua pietate ꝯfidentẽ celesti ptegas benign⁹ auxilio: et assidua ptectione conserues: vt tibi iugiter famuletur: et nullis tentationibus a te separet̃. Per dñm. Post euangelium offerat icludendus cereũ suum qui sup altare ad missam sp ardeat. deĩde stet icludẽdus ante gradũ altaris et legat aperta voce professionẽ suã. si vero laycus fuerit: legat aliquis puer pro eo. Professio vero talis erit.

Ego frater vel soror. N. offerens trado meipsum diuine pietati in ordine anachoritano seruiturum:

et secundũ regulã ordinis illius in seruitio dei amodo per gratiam diuinã et cõsiliũ eccl'ie pmitto me pmãsurũ et patribus meis spũalibus obedientiam canonicam exhibiturũ. Et faciat icludẽdus signum crucis cum pẽna sup cedulã pfessionis sue: et ponẽs eam sup altare flexis genibus oret: episcopo vel sacerdote an. incipiente hoc modo.



Confirma hoc deus quod operatus es i nobis a tẽplo



sancto tuo quod est i hierusalẽ all'a all'a. ps. Exurgat.

Epyscopus vel sacerdos dicat Oremus. Oratio.

Deus qui famulũ tuum a seculi vanitate conuersũ ad supne vocationis amorem accẽdis: pectori illi⁹ purificãdo illabere/ et grãm qua i te pseueret ifũde: vt protectiõis tue munitus psidio/ que te donãte pmisit impleat et sue pfessionis executor effectus: ad ea que pseuerãtibus in te dignatus es pmittere pertingat. Per xpm. Post hec eps vel sacerdos cum hac orone bñdicat habitum pfessio cõgruum. Signum dñi nostri iesu xpi dam⁹ sup hãc vestem ad custodiendum propositũ et vt spũsctũs regnet in corde et in corpore et in omnibus opibus suscipiẽtis. Per eundẽ xpm dñm. Postea aspgat et suscipientẽ et habitum aqua benedicta: et cum dederit habitum: induendo dicat. Exuat te deus veterẽ hoĩem cum actibus suis: et induat te deus nouum hoĩem q secundum deũ creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Et respondeant omnes. Amen.

Indutus cum habitu includendus: statim psternat se ante gradum altaris: et sic in oratione prostratus permã.

neat donec ab epyscopo vel a sacerdote ad communionē vocetur. His itaqꝫ peractis episcopus vel sacerdos super prostratum cantando incipiat hunc hymnum.



Qui paraclitus diceris donum dei altissimi fons viuus ignis charitas et spiritalis vnctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promissum pr̄is sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemqꝫ dones protinus ductore sic te preuio vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atqꝫ filium te vtriusqꝫ spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cū filio sctō simul paraclito nobisqꝫ mittat filius carisma sancti spūs Amen. ℣. Emitte spiritum tuū et creabuntur. Et renouabis faciem terre. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus qui non vis mortē peccatoris sed penitentiā et emendationem semꝑ desideras: misericordie tue clementiam suppliciter imploramus: vt huic famulo tuo secularibus actibus renunciatis large tue pietatis gratiam infundere digneris: quatenus castris tuis insertus ita tibi militando stadium vite p̄ntis ꝑcurrere valeat: vt brauium eterne remunerationis te donāte percipiat. Per christum dn̄m nr̄m. Post hec epyscopus vel sacerdos pergens ad altare missam finiet: pro includendo. Secreta.

Huius quesumus domine virtute mysterii et a propriis nos munda delictis: ⁊ famulum tuum N. ab oibus absolue peccatis. Per dominum nostrũ. Postcõio.

Purificẽt nos dñe sacramẽta que sumpsimus: ⁊ famulũ tuum N. ab omni culpa liberũ esse cõcede vt qui cõscientie reatu constringitur: celestis remedii plenitudine glorietur. Per dñm nostrũ. Postq̃ ipe eps vel sacerdos communicatus fuerit: nouũ includẽdum cõmunicet Missa finita tradatur cereus p̄fatus icludẽdo: et ordinata pcessione episcopus vel sacerdos casulatus icedat: ⁊ icludẽdum portantem cereũ suũ per manũ accipiat et honeste secum ad habitaculũ suũ deducat. Clerici interim letaniam solẽniter procedentes cantẽt. Cum autẽ ad habitaculum peruentũ fuerit finita letania: episcopus vel sacerdos icludendum extra habitaculum dimittat et solus in habitaculum inducat incipiendo cum aqua benedicta. antiphonã. Asperges me. vel Uidi aquam. prout tempus exigerit. postea sanctificet et bñdicat habitaculum p orõnes seq̃ntes. Hec oratio dicatur super altare. cum Oremus Oratio.

Domine sancte pater clemẽs cuius nec initiũ nec finis aduertit q̃ tantus es q̃tus esse voluisti scilicet sanctus atq̃ mirabilis. deus cuius maiestatẽ elemẽta nõ capiũt: te benedicimus te supplices deprecamur vt sit altare hoc sicut illud quod abel salutarib⁹ misteriis i passione p̄cursor iugulatus a frẽ nouo sãguine imbuit et sacrauit. Sit tibi dñe altare hoc sicut illud quod abrahã pater noster quia te videre meruit fabricauit: in quo sũmus sacerdos melchisedech sacrificii normam triumphalis expressit. Sit tibi altare hoc sicut illud quod moyses septẽ dierũ purificatione mundauit et celesti tercio alloquio sanctum vocauit. Sicut locutus es ad eum dicens. Si quis tetigerit altare hoc sãctificatus habeatur. In hoc ergo altari

iugulet(ur) luxuria omnisq(ue) libido feriatur: offeratur p turtu-
ribus sacrificium castitatis/ pro pullis columbarũ innocẽ
tie sacrificium. Per do. ¶ Bñdictio super domum. Ore(mus).


Adesto domine supplicationibus nostris: & hãc do
mum serenis oculis tue pietatis illustra: descẽdat
sup habitãtes i ea gr(ati)a tue pietatis larga bñdictio: vt i his
manufactis habitaculis cũ sobrietate manentes: ipsi tuum
semp sint habitaculũ. Per xp̃m dñm. Alia or(atio) cũ. Oremus

Exaudi dñe sãcte pater omnipotẽs eterne deus: vt si
qua sint aduersa/ si qua contraria in hac domo fa-
muli tui. N auctoritate maiestatis tue pellantur. Per do-
minum nostrũ. Alia oratio cũ Oremus. tantum Oratio.

Bene ✠ dic dñe domum istam & locũ istũ. vt sit i ea
sanitas/ sanctitas/ castitas/ virtus/ victoria et sãcti
monia/ humilitas/ lenitas/ mãsuetudo/ plenitudo legis &
obediẽtia deo p(at)ri & filio et spiritui sãcto: & sit sup locũ istũ et
super oẽs habitantes in eo tua larga bñ ✠ dictio: vt i his
manufactis habitaculis cum sobrietate manẽtes: ipsi tuũ
sint semp habitaculum. Per do. His b(e)n(e)dictis ereat ep(iscopu)s vel
sacer. & introdu. includendũ portãtẽ cereũ suũ & (in)ci. hoc R.



Regnum mundi et omnẽ ornatũ se




culi contempsi propter amorem domini mei ie su



christi. Quem vi di quem ama ui quem








Quo cātato cū ℣. epyscopus vel sacerdō. dicat Dn̄s vobiscum. et Oremus. Oratio.

Rogamus te domine sācte pater omp̄s eterne deus: vt super hūc famulum tuum spiritum benedictionis tue infundere digneris: vt celesti munere ditatus/ et tue maiestatis dona possit acquirere: et bene viuendi aliis exempla prebere. ℟. Amen.

¶ Item alia benedictio super eum.

Dominus iesus christus apud te sit vt te defendat amen. Intra te sit vt te reficiat amen. Circa te sit vt te conseruet amen. Ante te sit vt te deducat. amen. Super te sit vt te benedicat amen. Qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate [illegible] sancti deus. Per o. Alia benedictio.

Bene✠dicat te deus pater amen. Conseruet te dei filius amen. Illuminet te spiritussanctus. amen. Corpus tuum custodiat amen. Animam tuam saluet amen. Cor tuum irradiet amen. Sensum tuum dirigat amen. et ad supernam vitam te perducat. amen. Qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus: per omnia secula seculorum. Amē. ¶ Post hec epyscopus vel sacerdos de domo exeat: inclusus solus remaneat per totum summum et continuum obseruans silentium: et sic de foris firmiter claudatur: et interim voce sonora incipiat epyscopus vel sacerdos antiphonam. hoc modo.



Suscepimus deus misericordiam tuam in medio tēpli



ps. Laudate do. oēs gē. ps. Lauda hierusalem. ps. Laud do. in sctis ei9 tui. psalm. Magnus dominus. cū Glia pri. repetat ān. Suscepimus deus. Finita ān. faciat episcopus vel sacerdos oēs pro eo orare quatenus oīps deus pro cuius amore ille mundum reliquit et in illo strictissimo carcere includi sese fecit ita ipsum ī suo seruitio conseruet et confirmet vt post mortem cum eo in eternum viuere valeat Pater noster. Et ne nos. Ostende nobis domine. Fiat pax in virtute tua. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.


PRotege dn̄e quesumus famulū tuū et intercedente gloriosa virgine maria cū omnibus sctis tuis grē tue in eo dona multiplica: vt ab omnibus liber offensis: et temporalibus non destituatur auxiliis / et sempiternis gaudeat institutis. Per xpm dn̄m. Oremus. Oratio.

DEus cui omne cor patet: et omnis voluntas loquitur / et quem nullum latet secretum: purifica per infusionē sācti spūs cogitatiōes cordis nostri: vt te pfecte diligere et digne laudare mereamur. Per x. Oremus. Oro

OMnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum viuit et regnat. Deinde recedant omnes pergentes in ecclesiam choro canente aliquod Responsorium. cum suo versu de sancto in cuius nomine et honore fundata est ecclesia: et finiatur ad gradum chori dicente sacerdote versus. et oratio de eodē. et si fuerit ecclesia de sācta maria: tunc dicatur hoc R.



Felix nāq; es sacra virgo ma ri a.



et omni laude dignis si ma.




Quia ex te ortus est sol iusti ci



e christus de us no ster. Tp̄e pasche



Alle luya. ℣. Ora ꝓ populo interue



ni pro clero inter cede pro deuoto femineo sexu sen-



tiant omnes tuum leuamen quicunq; celebrant tuam



℣. Sancta dei genitrix

cōmemo ra ti o nem. Quia ex te. Oratio.

Concede q̄s misericors deus fragilitati nostre presidiū: vt q̄ scte dei genitricis ꝛ vginis marie ꝯmemorationē agimus: intercessionis eius auxilio a nr̄is iniqtatibus resurgamus. Per eundem christum dn̄m nostrum

¶ Benedictio agni paschalis / ouorum et herbarum in die pasche. cum Dn̄s vobiscum. et Oremus. Oratio.


Deus celi terreq̄ dn̄ator qui das escam omni carni et reples omne aīal bn̄dictione ✠ bn̄dic ✠ et sctifi ✠ ca hanc creaturam agni paschalis ꝛ nobis dona tua sumentib⁹: anime et corporis sanitatem cōcede. Per ꝛc. Or.


Deus qui vniuerse carnis es conditor: qui noe et filiis suis de mūdis et immundis aīalib⁹ p̄cepta dedisti: quiq̄ sicut oua et olera herbarum humano generi ꝛ quadrupedia munda edere pmisisti et qui agnum paschalem ī egypto moysi et pplo tuo ī vigilia pasche comedere precepisti. In figura agni dn̄i nr̄i iesu xp̄i: cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti et nocte illa omne primogenitum in egypto pcutere precepisti: seruās pplm agni sanguine prenotatum: dignare dn̄e deus oīps bn̄dicere ✠ et sanctificare ✠ hūc agnū paschalē: vt q̄cūq̄ ex populo tuo fideliter de illo comederit: omni benedictione celesti ꝛ gratia tua saturati repleantur in bonitate. Per quē hec oīa domine cōdita sunt et ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et regnas cū deo patre. ꝛc. ¶ hec prefatio dicatur in die sancte trini. et ī oībus dn̄icis diebus vsq̄ ad aduentum dn̄i quando de dn̄ica dicatur missa: licet in capitulo dicatur et in commemoratione sancte trinitatis per annum et in missis sponsalium.




Eterne deus. Qui cum vnigenito filio tuo et


ritu sancto vnus es deus vnus es dominus. Non in


vnius singularitate persone sed in vnius trinitate sub-



stantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus:


hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto: sine differentia dis


cretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiter-


neqꝫ deitatis: et in personis proprietas: et in essentia vni-


tas: et in maiestate adoretur equalitas. Quam laudant


angeli atqꝫ archangeli cherubin quoqꝫ ac seraphin qui



non cessant clamare vna voce dicentes.

Hec prefatio dicit in vtroqꝫ festo sancte crucis: et in omnibus commemorationibus eiusdem.


Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis ꝯstituisti: vt vnde mors oriebatur: inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoqꝫ vinceret. Per xp̄m d. n. Hec p̄fatio dr̄ i oīb⁹ fest. beate marie nisi in purifi. Dicat etiā p ock. assūpt. ꝫ nati. beate marie: et in cōmēo. eiusdem: nisi a nati. dn̄i vsqꝫ ad purifica.

Eterne deus. Et te in veneratione beate et gloriose semperqꝫ virginis marie exultantibus animis laudare: benedicere et predicare. Que et vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit: iesū christum dominū nostrum. Per quē maiestatem tuā. ꝛc.


Hoc modo incipiantur omnes prefationes ad missam per totum annum: tam in ferijs q̄ in festis.



Per omnia secula seculorū. Amē. Dn̄s vobiscum.



Et cū spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominū.



Gratias agam⁹ domino deo nr̄o. Dignū et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare:

nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere: domine san-

cte pater omnipotens eterne deus. Per christū domi-

num nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant

angeli adorant dominationes tremunt potestates.

Celi celorumqꝫ virtutes ac beata seraphin socia exul-

tatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces vt

admitti iubeas deprecamur supplici cōfessione dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus sabaoth Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.

Et cum dicat sacerdos Sanctus: erigat parumper brachia sua et iungat manus suas vsq ad hoc verbum In nomine domini. Tunc signet se in facie sua: et sic fiat in omnibus prefationibus totius anni. Deinde statim iunctis manibus et oculis eleuatis incipiat Te igitur clementissime pater. &c. corpore iclinato donec dicat. Ac petimus. Tunc erigens se osculetur altare a dextro sacrificii. Hec prefatio dicitur in omnibus missis de sancto spiritu.

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos: sedensq ad dexteram tuam: promissum spiritum sanctum in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et superne virtutes atq angelice potestates hymnū glie tue cōcinūt sine fine dicētes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus sabaoth Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.



Te igitur clementissime pater per iesum christum filium tuum dominum nostrum: supplices rogamus ac petimus Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificii dicens vti accepta habeas et benedicas hec do✠na hec mu✠nera hec sa✠crificia illibata. Factis q signaculis super calicem eleuet manus suas ita dicens.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quam pacificare/custodire/adunare et regere digneris toto orbe terrarum: vna cū famulo tuo pa-

pp nostro N. et antistite nostro N. i. pprio epo et rege no-
stro N. et dicant nominatim et oibus orthodoxis atq catholice z apl'ice fidei cultorib⁹. Hic roget cogitādo p viuis

MEmento domine famulorum famularumq tuarum N. et N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem charitatis. Quinquies orat sacerdos. Primo pro seipso. Secundo pro patre z matre carnali/ videlicet z spirituali: et pro aliis parentibus. Tercio pro amicis specialibus parrochianis et aliis. Quarto pro omnibus astātibus. Quinto pro omni populo christiano et potest hic sacerdos omnes suos amicos deo commendare. Cōsulo tamen vt nullus ibidem nimis immoretur tum propter cordis distractionem tum propter immissiones que possunt fieri per angelos malos: tū propter alia pericula.

ET omnium circūastantium atq omnium fideliū christianorum quorum tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisq omnibus pro redēptione animarum suarum: pro spe salutis et incolumitatis sue: tibiq reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

COmmunicantes et memoriam venerantes in primis gloriose semperq virginis. Inclinādo parūper dicat. marie genitricis dei z dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorū apostolorum ac martyrū tuorum. Petri Pauli Andree Iacobi Iohannis. Thome. Iacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Simonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis Sixti. Cornelii Cipriani. Laurētii. Grisogoni. Iohānis z Pauli Cosme z Damiani Et omnium sactorum tuorū quorū meritis precibusq cōcedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Hic respiciat hostiam cum magna veneratione ita dicens.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostre sed & cuncte familie tue q̄s domie vt placat⁹ accipias: diesq̄ꝫ nostros in tua pace disponas: atq̄ꝫ ab eterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per xp̄in dn̄m no. Amē. Hic iterū respiciat hostiam dicēs

QUam oblationē tu deus omnipotens in omnibus q̄sum⁹. Hic faciat tres cruces sup calicem cū dicat ✠ benedictam ✠ ascriptā ✠ ratam rationabilē acceptabilemq̄ꝫ facere digneris: vt nobis. Hic faciat crucē sup panem dicēs: corpus ✠ hic sup calicem: & sanguis ✠ iūctisq̄ꝫ manib⁹ dicat: fiat dilectissimi filii tui dn̄i nostri iesu christi

QUi pridie q̄ȝ pateretur Hic erigat sacerdos manus et coniūgat et postea tergat digitos et eleuet hostiam parumper ita q̄ non videatur a populo: et sic debet tenere quousq̄ꝫ dixerit verba consecrationis. quia si ante consecrationem eleuetur et populo ostendatur sicut faciunt fatui sacerdotes populum ydolatrare adorando panem purum tanq̄ȝ corpus christi: et in hoc peccant Et sacerdos debet precipue in hoc loco congregare sensum ad se. s. cor diligenter ad attendendum verba/ & os ad distincte proferēdum. vt ab hoc loco videlꝫ. Qui pridie. vsq̄ꝫ ibi vnde et memores: nulle alie rei attēdat: nullaq̄ꝫ dictio nullaq̄ꝫ syllaba euadat/ nichil de forma verborum vel signorum omittat vel diminuat. Accipiendo panem dicat Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos suos nō solum corporales sed etiam spirituales. ad te deum patrem omnipotētem: tibi Hic inclinet se dicens. gratias agens ✠ benedixit fregit Hic non debet tangi hostia modo fractionis sicut aliqui fatui tangunt et male faciunt. Videtur tamen ex ordine verborum q̄ prius debet frangi q̄ȝ consecrari: cū dicit benedixit fregit Per hec verba videtur q̄ prius est

fractio q̄ cōsecratio. sed ecclesia prius consecrat q̄ frangit scilicet aliter facit ecclesia q̄ xp̄s fecit: et sic ecclesia videtur errare. et per consequens delinq̄t. Solutio. Dicendū est q̄ ecclesia non delinquit: q2 christus post consecrationem et benedictionem fregit: licet ordo verborum aliter sonat Et dicat sacerdos inclinando **deditq3 discipulis suis dicens accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum.** Et debēt ista verba proferri sub vno spiritu et sub vna prolatione: nulla pausatione iterposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam et capite inclinato illam adoret: et postea eleuet illam mature supra frontem vt a populo possit videri: et caueat ne nimis diu teneat eam ne aliquo modo corpus christi osculetur nec super oculos ponat sicut solent quidam stulti facere: nec aliquam partem corporis vllo modo tangere debet nisi tantum digitis ad hoc specialiter consecratis Tunc illud reponat ante calicem in modum crucis per eum fiende. reposito corpore christi loco suo discooperiat calicem et eum teneat inter manus suas non disiungēdo pollicem ab indice/ nisi dum faciat bn̄dictionem sic: et tunc incipiat calicis cōsecrationem dicēs.

Simili modo postea q̄ cenatum est accipiens et hūc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas item tibi Hic inclinet se dicens **gratias agens ✠ benedixit deditq3 discipulis suis dicens: accipite et bibite ex eo omnes.** Hic eleuet parumper calicem ita dicens. **Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.** Hic eleuet calicem vsq3 pectus vel vltra caput dicens. **Hec quotienscunq3 feceritis: in mei memoriam facietis.** Hic reponat calicem et fricet digitos suos vltra calicem propter micas et cooperiat calicem deinde eleuet brachia in modum crucis: iunctisq3

digitis vsq; ad hec verba de tuis donis ac datis ita dicēs

Unde et memores domine nos serui tui sed ꝛ plebs tua sācta eiusdem christi filii tui domini dei nostri tam beate passionis necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic faciat tres cruces supra calicem cum dicat. Hostiam ✠ puram hostiam ✠ sanctam hostiam ✠ immaculatam. Hic super hostiam dicens. Panem sanctum ✠ vite eterne. Hic super calicē. Et calicem ✠ salutis perpetue. Sequatur.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel et sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam.


Hic sacerdos corpe inclinato et cancellatis manibus dicat

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Hic erigat se et deosculet altare a dextris sacrificii dicens. Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui. Hic faciat crucem super corpus christi dicens cor ✠ pus. hic aliam crucem super calicem dicens. et sanguinem ✠ sumpserimus. hic faciat terciam crucem in facie sua dicens. Omni bene ✠ dictione celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Sequatur.


Memento etiā domine animarum famulorum famularumq; tuarum. N. et. N. hic oret sacerdos cogitando pro defunctis. Qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis domine et omnib⁹ in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem xp̄m dominū nostrū.

Amen. Hic percutiat sacerdos pectus suum semel dicendo.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus: partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus cum Iohanne. Stephano Mathia. Barnaba. Ignacio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis: intra quorum nos consortium non estimator meriti sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic sacerdos ter signet calicem dicens sancti ✠ ficas vivi ✠ ficas bene ✠ dicis et prestas nobis. Hic sacerdos discooperiat calicem et faciat signum crucis cum hostia quinquies. Primo ultra calicem ex utraque parte: secundo calici equali: tercio infra calicem: quarto sicut primo: quinto ante calicem. Interim vero diaconus a dextris sacerdotis assistat manibus prius lotis: eique in corporalibus sustinendis subministret: et in recessu deosculetur altare et humerum sacerdotis dextrum sacerdote sic dicente. Per ip ✠ sum et cum ip ✠ so et in ip ✠ so est tibi deo pa ✠ tri omnipotenti in unitate ✠ spiritussancti deus omnis honor et gloria. Hic cooperiat calicem et teneat manus suas super altare usque dicitur. Pater noster. hoc modo



Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.



Preceptis salutaribus moniti et divina institutione

digitis vsqꝫ ad hec verba de tuis donis ac datis ita dicēs

Unde et memores domine nos serui tui sed ꝛ plebs tua sācta eiusdem christi filii tui domini dei nostri tam beate passionis necnon et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic faciat tres cruces supra calicem cum dicat. Hostiam ✠ puram hostiam ✠ sāctam hostiam ✠ immaculatam. Hic super hostiam dicens. Panem sanctum ✠ vite eterne. Hic super calicē. Et calicem ✠ salutis perpetue. Sequatur.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatꝰ es munera pueri tui iusti abel et sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam.

Hic sacerdos corpe inclinato et cancellatis manibus dicat

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Hic erigat se et deosculet altare a dextris sacrificii dicens. Ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui. Hic faciat crucem super corpus christi dicens cor ✠ pus. hic aliam crucem super calicem dicens. et sanguinem ✠ sūpserimus. hic faciat terciam crucem in facie sua dicens. Omni bene ✠ dictione celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Sequatur.

Memento etiā domine animarum famuloꝝ famularumqꝫ tuarum. N. et. N. hic oret sacerdos cogitando pro defunctis. Qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis domine et omnibꝰ in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas depcamur. Per eundem xp̄m dominū nostrū.

Amen. Hic percutiat sacerdos pectus suum semel dicēdo.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus: partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis ꝛ martyribus cum Iohanne. Stephano Mathia. Barnaba. Ignacio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia. Et cum omnibus sāctis tuis: intra quorum nos consortium non estimator meriti sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic sacerdos ter signet calicem dicēs sancti✠ficas vivi✠ficas bene✠dicis et prestas nobis. Hic sacerdos discooperiat calicem et faciat signum crucis cum hostia quinquies. Primo ultra calicem ex utraq; parte: secundo calici equali: tercio infra calicem: quarto sicut primo: quinto ante calicē. Interim vero diacon⁹ a dextris sacerdotis assistat manibus prius lotis: eiq; in corporalibus sustinendis subministret: et in recessu deosculetur altare et humerum sacerdotis dextrum sacerdote sic dicente. Per ip✠sum et cum ip✠so ꝛ in ip✠so est tibi deo pa✠tri omnipotenti in unitate✠spiritussancti deus omnis honor et gloria. Hic cooperiat calicem et teneat man⁹ suas super altare usq; dicitur. Pater noster. hoc modo

Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

Preceptis salutaribus moniti et divina institutione



Hic accipiat diaconus patenã de manu subdiaconi eãq3 a dextris sacerdotis extento bra-

formati audemus dicere.

chio in alto vsq3 ad Da propicius pacem. discooptã tenẽs


Hic eleuet sacerdos manus suas dicens.



PAter noster qui es in celis sanctificetur nomẽ tu-



um adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua sicut in



celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis



hodie et dimitte nobis debita nostra sicut et nos di-



mittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in

Respondeat sic chorus.


Deinde dicat sacerdos priuatim

tentationem. Sed libera nos a malo. ℟. Amen


LIbera nos q̃sumus dñe ab omnibꝰ malis preteritis presentibus et futuris: ꝛ intercedente pro nobis

beata et gloriosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria.
Hic inclinet parumper et dicat: et beatis apostolis tuis pe-
tro et paulo atqꝫ andrea cum omnibus sanctis: Hic com-
mittat dyaconus patenam sacerdoti deosculans manum
eius: ⁊ sacerdos deosculetur patenam postea ponat ad sini
strum osculũ deinde ad dextrũ: postea faciat crucẽ cũ pate-
na vltra caput: ⁊ tũc repouat eam in locum suũ ita dicens

DA propicius pacem in dieb9 nostris: vt ope miseri
cordie tue adiuti ⁊ a peccato simus semp liberi ⁊ ab
omni ꝑturbatiõe securi. Hic discooptat calicẽ et sumat cũ i
clinatiõe corpus transponẽs in cõcauitate calicis retinen-
do inter pollices ⁊ indices: ⁊ frãgat in tres partes dũ dicit
Per eũdẽ dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. secunda fractio cũ
dicit. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spũssancti deus
Hic teneat illas duas fracturas in sinistra manu ⁊ terciam
fracturam i dextra manu in summitate calicis sic dicens.



Per omnia secula seculorum. ꝑ̃o. Amẽ. Dyaco
nus ad populũ conuersus baculum ep̃i in dextera tenens
curuatura baculi ad se conuersa dicat hoc modo.



Humiliate vos ad benedictionem. ꝑ̃o. Deo gratias.
Postea eukaristia super patenam reposita ep̃s sup popu-
lum faciat benedictionem. post benedictionem sequatur



Pax dñi ✠ sit semper ✠ vo ✠ biscũ. cho Et cum spũ tuo

ad dicendum **Agnus dei.** accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotē vterqꝫ a dextris diacon⁹ ppioꝛ subdiaco. remotioꝛ: et dicant simul priuatim. **Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi mi. no. Agn⁹ dei qui tollis pctā mūdi dona nobis pacē.** In missis ꝓ defūctis dicat hoc mō. **Agn⁹ dei qui tollis pctā mundi dona eis requiem.** tribus vicib⁹ cū hac addit. **sempiternam** Exequie quas nos facimus ꝓ moꝛtuoꝛum excessibus celebꝛantur. Quare ad missā moꝛtuoꝛum pax nō datur: triplex assignatur ratio. Pꝛima est quoniam hoc officium triduanam chꝛisti sepulturā significat vbi pax non datur propter osculum iude. Scd'a qꝛ nō communicamus moꝛtuis: qꝛ nobis nō respondent. Unde est qꝙ coꝛpus nunqꝫ debet esse in ecclesia qꝫdiu missa de die celebꝛatur. Tercia est quoniam ex multis granis collectis vnus panis efficitur: et ex multis racemis vinum eliquatur: sic et ex multis fidelibus quoꝛum quidam boni quidā mali: vna ecclesia ꝯstituitur ⁊ coadunatur: quia ergo moꝛtuo homine nescitur vtrum ipse sit de confoꝛmitate ecclesie et pacem cum creatoꝛe suo habeat: ideo pacem non dam⁹ nec **Benedicamus** nec **Deo gratias** nec aliquas laudes referimus pro moꝛtuis: quia non est vnde agende sunt: nec enim apparet eoꝛum requies. Hic cruce signādo deponat dictam terciam partem hostie in sanguinem sic dicendo.

Hec sacrosancta commixtio coꝛpoꝛis et sanguinis domini nostri iesu chꝛisti fiat michi omnibusqꝫ sumentibus salus mentis et coꝛpoꝛis: et ad vitam eternam promerendam et capescēdā preparatio salutaris. Per eūdem xp̄m dn̄m nr̄m. Anteqꝫ pax det dicat hanc oꝛationē.

Domine sācte pater omnipotēs eterne deus da michi hoc sacrosāctū coꝛpus ⁊ hunc sanguinē filii tui domini nr̄i iesu chꝛisti ita digne sumere vt merear per hoc

remissionem omnium peccatorum meorũ accipere et tuo sancto spũ repleri ⁊ pacē tuam habere: q2 tu es deus solus et preter te non est alius cui⁹ imperiũ sine fine permanet in secula seculorum. amen. Hic deosculetur sacerdos corpalia ĩ dextera parte et sũmitatē calicis corpore dñico prius tactã et dyaconum dicens. Pax tibi ⁊ ecclesie dei. Rñsio. Et cum spiritu tuo. Dyaconus a dextris sacerdotis ab ipso pacem recipiat et subdyacono ferat. deinde ad gradum chori ipse dyaconus pacem portet rectoribus chori: ⁊ ipsi rectores pacem choro portent: vterq3 sua parte incipiētes a maiorib⁹: In ferijs vero et in festis quando chorus non regitur pax a diacono choro apportetur per duos extremos de secũda forma ⁊c. vt prius. Si episcopus celebrauerit primo osculetur diaconus principalem subdyaconum a quo ceteri subdyaconi pacem sumãt. deinde duos secundarios rectores si duplex festum fuerit qui primo deferant ad rectores principales postea ipsis principalibus rectoribus ipsã pacem ex parte decani ⁊ cantoris deferentibus secundarijs vero ex parte cãcellarii et thesaurarii. Post datam pacem dicat sacerdos orationem sequentem priuatim anteq̃ se cõicet tenendo hostiam ambabus manibus dicens.

Deus pater fons et origo totius bonitatis: qui ductus misericordia vnigenitũ tuum pro nobis ad ĩfima mundi descēdere et carnē sumere voluisti quam ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se ad hostiam dicēs. te adoro et glorifico / te tota mentis ac cordis ĩtentione laudo et precor vt nos famulos tuos nõ deseras sed vt peccata nostra dimittas. quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeam⁹. Per eundem christum dominum nostrum. Amē. Alia oratio.

Domine iesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante spiritu sãcto per mortem tuam

mundum viuificasti: libera me q̄so per hoc sacrosanctum corpus et hūc sanguinem tuum a cūctis iniq̄tatibus meis et ab vniuersis malis: et fac me tuis semper obedire mandatis et a te nunq̄ in perpetuum separari permittas: saluator mundi qui cum deo patre et eodem spū̄sancto viuis et regnas deus: per omnia secula seculorū̄. Amē. Sequat

Corporis et sanguinis tui dn̄e iesu xp̄e sacramentū̄ qđ licet idignus accipio nō sit michi iudicio et cōdēnationi sed p tua p sit pietate corporis mei ꝫ aīe saluti amē

Ad corpus cum humiliatione dicat anteq̄ illud recipiat.

Aue in eternum sanctissima caro christi michi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus domini nostri iesu christi sit michi peccatori via et vita.

Caueat sibi sacerdos post istas orationes dictas a nimia prolixitate tractādi ppter cogitationes volubiles aliquorū̄ tū̄ in premissis orationibus debet sacerđ. meditari de incarnatione natiuitate ꝫ passione et piissima morte dn̄i nr̄i iesu christi ꝫ de huius sacramenti virtute et tunc cum magna deuotione et omni reuerētia et timore debet cōmunicari cruce prius facta ex ipso corpore christi ante os recipiē̄tis dicens. In nomine patris ꝫ filii: et spiritussancti Amē.

Deinde ad sanguinem cum magna deuotione dicat.

Aue in eternum celestis potus michi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpꝰ et sanguis dn̄i nr̄i iesu xp̄i prosint michi pctōri ad remediū̄ sempiternum in vitam eternam. amē. In noīe patris et filii et spiritussancti. amen Hic sumat sāguinē: quo sumpto eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus adhuc digitis coniunctis sicut prius: et accedat dyaconus et effundat in calicem vinum vel aquam et recinserat sacerdos manus suas ne alique reliquie corporis remaneant in digitis/ vel sanguinis in calice. Cum vero aliqs

sacerdos bis debeat celebrare in uno die: tunc non debet percipere ablutionem illam: sed ponere in sacrario aut in vase mundo usque in finē alterius misse: et tūc sumat utramque ablutio post primam ablutionem. Deinde sequatur hec oratio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum amen. Hic lauet digitos suos in concauitate calicis cum vino a diacono effuso: quo hausto sequatur ista. Oratio.

Hec nos domine communio purget a crimine: et celestis remedii faciat esse participes.

Hic infundet idem dyaconus aquam in calice: qua hausta eat sacerdos ad medium altaris et inuoluat calicem super patenam: et postea inclinet se ante altare cum magna deuotione dicens hanc orationem.

Gratias tibi ago dñe scē pater oīpotēs eterne deus qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine domini nr̄i iesu christi: et p̄cor ut hoc sacramētum salutis nostre quod sumpsi indignus peccator non veniat michi ad iudicium neque ad cōdēnationem pro meritis meis/ sed ad profectū corporis mei et anime mee salutem in vitam eternam amen. Et cum hac oratione eat sacerdos ad dextrum cornu altaris et abluat manus: et subdyaconus ei ministret: diaconus vero interim corpalia complicet et ad dextrum cornu altaris subdyaconus librum portet et accepto a dyacono calice iacente super patenam et redeunte sacerdote ad dextrum cornu altaris: si quid in eo infusionis remāserit: idē dyaconus ori sacerdotis porrigat sumendū.

¶ Post perceptionem sacramēti sacerdote ad man⁹ abluendas veniēte: diaconus corporalia cōplicet et in loculo reponat: postea vero ipsa corporalia calici cum offert. suppo nat ipsum que calicē dū cōio dz ipsi accolito cōmittat. Qui dū Per omnia secula seculorū. post orationē dicit: ea solenni-

sare qua cum apportauerit reportet ablutis manibus sacerdos reuertat se ad dextrum cornu altaris et dicat cum suis ministris communionem: deinde facto crucis signaculo in facie vertat se sacerdos ad populum eleuatisq; aliquantulum brachiis et iunctis manibus dicat. **Dominus vobiscum.** et interim se vertat ad altare dicens. **Oremus.** et postea dicat postcōmuniones iuxta numerū et ordinē āte dictarū orōnū ante epl'am Finita vltima postcōio. factoq; signaculo crucis in facie vertat se sacerd. ad ppl'm et dicat **Dñs vo.** deīn diaconus sua casula reindut' qū vtik dicat. **Bñdicamus domino.** alio vero tēpore anni dicatur. **Ite missa est.** semp ad ppl'm conuerso. sed sp. **Bñdicam' dño** et **Requiescant in pace.** cōuerso ad altare dicantur. His dictis sacerdos corpore inclinato iunctis manibus tacita voce coram medio altaris dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee: et presta vt hoc sacrificium quod oculis maiestatis tue indignus obtuli: tibi sit acceptabile michiq; et oībus pro quibus illud obtuli / sit te miserante propiciabile. Qui viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen. Qua finita erigat se sacerdos et signet se in facie sua dicens **In nomine patris et filii et spiritussancti. amē.** Et sic inclinatione facta eodem ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse: sic induti cum cero ferar. et ceteris ministris redeant in fine et statim post **Deo gratias.** incipiatur in choro hora nona quando post missam dicitur. Sacerdos vero ī redeūdo dicat euāgeliū **In principio erat verbum.** Cū vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia: dicat hos psal'. sub vno Gloria patri. Cum hac āa. **Trium puerorum.** ps **Benedicite sacerdotes dñi dño.** et dicatur vsq; ad finē. ps **Laudate dñm in sctis eius.** ps **Nunc dimittis. Gloria patri. Sicut erat.**

deinde dicat ān. Trium puerorū cātemus hymnū quem cantabant in camino ignis benedicētes dnm. Kyrieleisō Xpeleis. Kyrieleysō. Pater noster. Et ne nos Sed libera nos Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum i secula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et glios9 et superaltat9 in scl'a. Bñdicat et custodiat nos oīps et misericors dñs. amē. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe. Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Dñe deus virtutum cōuerte nos. Et ostende faciē tuam et salui erimus Dñe exaudi orōnē meam. Dominus vobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium concede ppicius: vt nos famulos tuos nō exurat flama viciorum. Oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrū dñe vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Oratio.

Actiones nostras q̄s domine aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio et a te semper incipiat et per te cepta finiatur. Et finiā he tres orōnes sub vna determinatiōe sic. Per. x. d. nrm.

¶ Ordo ad visitandum infirmum. Imprimis induat se sacerdos in superpellicio cum stola: et in eundo dicat cum suis ministris septem psalmos penitētiales. cum Gloria patri. et cum antiphona. Ne reminiscaris. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsq3quo. Conuertere dñe z eripe animā meā: saluum me fac propter misericordiā tuā. Qm̄ nō est i morte q̄ memor sit tui: in inferno autem quis confitebit tibi. Laboraui in gemitu meo:

lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis me
is stratum meū rigabo. Turbat⁹ est a furore ocul⁹ me⁹
inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me
oēs qui operamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dn̄s vocem
flet⁹ mei. Exaudiuit dn̄s dep̄cationē meā: dn̄s orationē
meā suscepit. Erubescāt et conturbentur vehemēter oēs
inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.
Gloria patri et filio. Sicut erat. Psalmus.

Beati quoꝝ remisse sūt iniq̄tates: ꝫ quoꝝ tecta sūt pec
cata. Beatus vir cui nō imputauit dn̄s peccatum
nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac
nocte grauata est sup̄ me manus tua cōuersus sum i erun
na mea dū configitur spina. Delictū meū cognitum tibi
feci: et iniusticiam meam non abscondi. Dixi confitebor
aduersū me iniusticiam meam domino et tu remisisti ipie
tatem peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs sāctus i tēpo
re oportuno. Ueruntamen in diluuio aquarū multarū
ad eum non approximabūt. Tu es refugiū meū a tribu
latione que circundedit me: exultatio mea erue me a cir
cundantibus me. Intellectū tibi dabo et instruam te: in
via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equ⁹ ꝫ mulus: quibus non est itellectus
In chamo ꝫ freno maxillas eorū cōstringe: qui non ap
proximant ad te. Multa flagella peccatoris sperantem
autem i domino mia circūdabit. Letamini in dn̄o ꝫ exul
tate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Gloria patri ꝯs.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira
tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi: ꝫ confirmasti super me manum tuam. Non
est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus
meis a facie pctoꝝ meorum. Qm̄ iniq̄tates mee supgresse

sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usqȝ in finem tota die contristatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meū et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt ⁊ steterūt Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebāt qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala michi: locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis mee. Gloria patri. Psalmus.

Miserere mei de⁹: scd̄m magnā miam tuā. Et scd̄m multitudinē miserationū tuarꝫ dele iniq̄tatē meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a pctō meo mū

da me. Quoniā iniqtatē meā ego cognosco: ꝛ pctm̄ meū cōtra me est semꝑ. Tibi soli peccaui ꝛ malum coꝛam te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.
Aspergesme domine ysopo et mundaboꝛ: lauabis me et suꝑ niuem dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabūt ossa humiliata. Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Coꝛ mundum crea in me deus: ꝛ spiritum rectū innoua in visceribus meis. Ne pꝛoiicias me a facie tua: et spiritum sāctum tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu pꝛincipali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iusticiam tuam. Dn̄e labia mea aperies: ꝛ os meum annūciabit laudē tuam. Qm̄ si voluisses sacrificium dedissē: vtiqꝫ olocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spūs contribulatus: coꝛ cōtritum et humiliatū deꝰ nō despicies. Benigne fac domine in bona volūtate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Glozia patri. Psalmus.
Domine exaudi oꝛationem meā: ꝛ clamoꝛ meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacunqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurem tuā. In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fenum et aruit coꝛ meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee. Similis fa-

ctus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax
in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitari
us in tecto. Tota die exprobrabant michi inimici mei: et
qui laudabant me aduersum me iurabant. Quia cinerem
tanq̄ panem manducabam: et potum meum cum fletu
miscebam. A facie ire indignationis tue: quia eleuans al
lisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt et ego sicut
fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes: ꝛ
memoriale tuum in generatione et generationem. Tu
exurgens dn̄e misereberis syō: q2 tempus miserendi eius:
q2 venit tempus. Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides ei9
et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen
tuū dn̄e: et omnes reges terre gloriā tuā. Quia edificauit
dn̄s syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orōnem
humilium: et non spreuit precē eorū. Scribantur hec in ge-
neratione altera: et populus qui creabitur laudabit dn̄m.
Quia ꝓspexit de excelso sctō suo: dominus de celo in terrā
aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum: vt solueret
filios interemptorum. Ut annūciēt i syon nomē dn̄i: et
laudem eius in hierusalem. In conueniēdo populos in
vnum: et reges vt seruiant dn̄o. Respondit ei in via vir-
tutis sue: paucitatē dierum meorum nuncia michi. Ne re
uoces me in dimidio dierum meorum: in generatiōe et ge
nerationem anni tui. Initio tu dn̄e terrā fundasti: ꝛ opa
manuum tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu aūt ꝑmanes: et
oēs sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium
mutabis eos et mutabuntur: tu autē idem ipse es et anni
tui non deficiēt. Filii seruorum tuorum habitabunt: ꝛ se
men eorum i seculum dirigetur. Gloria patri. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi vo
cem meam. Fiant aures tue intendētes: in vocē
deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e

quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legē tuā sustinui te domine. Sustinuit aīa mea in verbo eius sperauit aīa mea in domino. A custodia matutina vsq; ad noctē speret israel in domino. Quia apud dominum mīa: et copiosa apud eū redemptio. Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri. ps.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationē meam: ī veritate tua exaudi me ī tua iusticia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Quia persecutus est inimicus animam meam humiliauit ī terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciē tuā a me: et similis ero descendētibus in lacum. Auditam fac michi mane misericordiā tuam: quia ī te speraui. Notam fac michi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meā. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere volūtatem tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam: et ī mīa tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulāt animam meam: quoniā ego seruus tuus sum. Gloria patri. anti. Ne reminiscaris domine delicta nr̄a vel parentū nostrorum: neq; vindictā sumas de peccatis nostris parce domine parce famulo tuo quē redemisti precioso sanguine tuo: ne ī eternum irascaris ei. Et cum intrauerit domū: dicat. Pax huic domui.

et omnibus habitantibus i ea. pax igredientibus & egredie-tibus. Et sciendum est qñ infirmus debet inungi afferenda est ei ymago crucifixi & ante conspectum eius statuẽda vt redemptorem suũ in ymagine crucifixi adoret et passionis eius quam pro peccatorꝝ salute sustinuit recordet. Deinde aspergat infirmum aqua benedicta et statim sequatur Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater noster. Et ne nos. Saluũ fac seruum tuum vel ancillã tuã. Deus meus sperantẽ in te. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eũ. Nichil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi. Dominꝰ vobiscum. Oremꝰ. Oratio.

Deꝰ qui beatũ petrũ apostolum tuũ misisti ad thabitam famulã tuam vt eius precibus suscitaretur ad vitam. exaudi nos qs vt hunc famulũ tuum. N. quem in nomine tuo visitat nostra fragilitas / exorata medicine tue medela citius sanitati restituat. Per christũ d. Oremꝰ.

Omñps sempiterne deus q subuenis i periculis et necessitate laborantibus & flagella clementer tẽperas te domine supplices exoramus vt ꝑ visitationẽ tuã sctã erigas hunc famulum tuum. N. ex hac egrotatiõe qua tenetur et representes eum ecclesie tue sancte incolumem : ad laudem & gloriam nominis tui. Per xpm dñm. Oremus

Exaudi nos omnipotens & misericors deꝰ & visitationẽ tuam conferre digneris super hũc famulũ tuũ. N. quem diuersa vexat infirmitas: visita eum dñe sicut visitare dignatus es socrum petri puerũqꝫ cẽturionis: et thobiã et sarram per sctm angelũ tuum raphaelẽ restitue in eo dñe pristinam sanitatem: vt mereat i atrio domus tue dicere : castigans castigauit me dñs et morti non tradidit me saluator mundi. Qui cum deo patre et spiritu sctõ viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

depone ymago crucifixi ante [illegible] aqua benedicta

Deus qui famulo tuo ezechie terquinos annos ad vitam donasti: ita et hunc famulū tuum. N. a lecto egritudinis tua potentia erigas ad salutē. Per xpm.

Respice q̄s dn̄e famulum tuū. N. in infirmitate sui corporis laborantem: & aīam refoue quā creasti: vt castigationibus emundata: continuo se sentiat tua medicina saluatam. Per xpm.

Deus q̄ facture tue pio semp̄ dominaris affectu: īclina aurē tuā supplicationib⁹ nostris: et famulū tuū. N. ex aduersa valitudine sui corporis laborantem placatus respice: & visita in salutari tuo: ac celestis gratie presta medicinā. Per christum.

Uirtutum celestium deus qui ab humanis corporibus oēm languorē et omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis: adesto propici⁹ huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus et viribus receptis: nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Domine sctē pater omnipotēs eterne de⁹ q̄ fragilitatem conditionis humane infusa virtutis tue dignatione cōfirmas: vt salutaribus remediis pietatis tue corpora nostra et membra vegetentur super hūc famulū tuum. N. propicius intende: vt omni necessitate corporee infirmitatis exclusa: gratia in eo pristine sanitatis perfecta reparetur. Per christū dn̄m nostrū. Oremus. Oratio

Respice domine de celo et vide et visita hūc famulū tuum. N. & benedic eum sicut benedicere dignatus es abrahā ysaac et iacob: respice sup̄ eū domine oculis misericordie tue: et reple eum omni gaudio et leticia et timore tuo expelle ab eo omnes inimici insidias: et mitte angelum pacis qui eum custodiat et domum istam in pace perpetua. Per dominū nostrū. &c. Deinde priusq̄ vngat infirmus aut communicetur: exhortetur eum sacerdos hoc modo.

Frater karissime gratias age oĩpotẽti deo p vniversis ✠ beneficiis suis: patiẽter ⁊ benigne suscipiens ĩfirmitatẽ corporis quã tibi deus ĩmisit: nã si ipsam hũiliter sine murmure toleraveris: infert anime tue maximũ premiũ et salutẽ. Et frater karissime qr viã vniverse carnis ingressurus es esto firmus in fide: qui enĩ non est firmus in fide: infidelis est/ et sine fide impossibile est placere deo: et ideo si saluus esse volueris ãte omnia opus est vt teneas catholicam fidẽ: quã nisi integrã iuiolatãqꝫ servaveris: absqꝫ dubio in eternũ peribis Deĩde bonũ ⁊ valde expediens est vt sacerdos. exprimat infirmo. xiiii. articulos fidei: quorum vii. primi ad mysterium trinitatis: et vii. alii. ad xpi hũanitatẽ ptinẽt: vt si forte prius in aliquo ipsorũ erraverit/ titubaverit/ vel dubi⁹ fuerit: ante mortem dũ adhuc spiritus vnitus est carni ad fidẽ solidã reducat et potest sacerdos. dicere sic. Fides autẽ catholica hec est frater: credere in vnũ deum hoc est in vnitatem divine essentie in triũ personarũ indivisibili trinitate. ii. Patrem ingenitũ esse deũ. iii. Unigenitum dei filiũ esse deum per omnia coequalẽ patri. iiii. Spiritũ sanctũ nõ genitũ non factũ nõ creatũ: sed a p̄re ⁊ filio pariter pcedẽtẽ esse deum p̄ri filioqꝫ consubstantialẽ etiã et equalẽ. v. Creationẽ celi et terre: id est omnis visibilis et invisibilis creature a tota ĩvisibili trinitate. vi. Sanctificationẽ eccl̄ie p spiritum sanctũ et gr̄e sacramẽta: ac cetera oĩa in qbus cõmunicat ecclesia xpiana in quo ĩtelligit qꝫ ecclesia catholica cũ suis sacramẽtis et legib⁹ per spiritum sãctum regulata: omni homini qꝫtuncumqꝫ facinoroso peccatori sufficit ad salutem: ⁊ qꝫ extra ecclesiam catholicam nõ est salus. vii. Consummationem ecclesie per gloriam sempiternam: ĩ aĩa et carne veraciter suscitandam: et per cuius oppositum ĩtelligitur eterna damnatio reproborum. Si vis ergo salu⁹

esse frater: ita de mysterio trinitatis sentias. Deinde exprimat ei sacerdos. alios. vii. articulos ad christi humanitatem pertinentes hoc modo. Similiter frater carissime necessarium est ad eternam salutem vt credas et confitearis domini nostri iesu christi incarnationem seu veram carnis assumptionē per spiritum sanctū ex sola virgine gloriosa. ii Verā incarnati dei natiuitatē ex virgine incorrupta iii. Veram xpi passionē ₇ mortē sub tyrannide pylati. iiii Veram xpi dei descensionem ad inferos in anima ad spoliationem tartari quiescente corpore xpi in sepulchro. v Veram christi dei tercia die a morte resurrectionem vi. Verā ipsius ad celos ascensionem. vii. Ipsius venturi ad iudicium certissimam expectationem. Hec est fides catholica frater quam nisi fideliter firmiter qꝫ credideris sicut sancta mater ecclesia credit: saluꝰ esse non poteris Et si infirmus laycus vel simpliciter litteratus fuerit tunc potest sacerdos articulos fidei in generali ab eo inquirere sub hac forma Karissime frater: credis patrem et filium et spiritum sanctum esse tres personas et vnum deum et ipsam benedictam atqꝫ indiuisibilem trinitatem creasse omnia creata visibilia et inuisibilia: et solum filium de spiritusancto conceptum incarnatum fuisse ex maria virgine: passum et mortuum pro nobis in cruce sub poncio pylato: ₇ sepultum descendisse ad inferna: die tercia resurrexisse a mortuis: ad celos ascendisse. Iterum venturum ad iudicandū viuos et mortuos. omnesqꝫ homines tunc in corpore et anima resurrecturos. bona ₇ mala secundum merita sua recepturos et remissionem peccatorum per sacramentorum ecclesie perceptionem: et sanctorum communionem id est omnes homines in charitate existentes esse participes omnium bonorum gratie que fiunt in ecclesia et omnes qui communicāt cum istis hic i gratia communicare

cum eis in gloria. Deinde respondeat infirmus. Credo firmiter in omnibus sicut sancta mater credit ecclesia: protestando coram deo et omnibus sanctis continue hoc esse meam veram et firmam intentionem quomodocunq; aliquis spiritus malignus memoriam meam aliter forte in futuro sollicitauerit perturbare. Deinde dicat sacerdos. Karissime frater quia sine caritate nichil proderit tibi sola fides: testante apostolo qui dicit. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam / caritatem autem non habuero / nichil sum: et ideo oportet te diligere dominum deum tuum super omnia ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et proximum tuum propter deum sicut teipsum nam sine huiusmodi charitate nulla fides valet. Exerce ergo charitatis opera dum vales: et si multum tibi affuerit abundanter tribue: si autem exiguum: illud impertiri stude: et ante omnia si quem iniuste leseris: satisfacias si valeas. sin autem: expedit vt ab eo veniam humiliter postules. dimitte debitoribus tuis et illis qui in te peccauerunt vt deus tibi dimittat. odientes te diligas pro malis bona retribuas; dimittite inquit saluator et dimittetur vobis. Spem etiam firmam et bonam fiduciam frater oportet te habere in deo et in misericordia sua: et si occurrerit cogitatui tuo multitudo peccatorum tuorum: dole / sed nullo modo desperes: immo cogita quoniam testatur scriptura misericordia eius super omnia opera eius: et illi soli proprium est semper misereri et parcere: & secundum altitudinem celi a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Spera igitur in deo et fac bonitatem quoniam sperantem in domino misericordia circundabit: et qui sperant in domino habebunt fortitudinem et assument pennas vt aquile volabūt et non deficient: volabunt enim a tenebris ad lumē &

carcere ad regnum: a miseria presenti ad gloriam sempiternam. Deinde stabilito sic infirmo in fide / charitate et spe dicat ei sacerdos. Karissime frater si velis ad visionē dei peruenire: oportet omnino ꝙ sis mundus in mente et purus in conscientia. ait enim christus in euangelio. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Si ergo vis mundum cor et conscientiam sanam habere peccata tua vniuersa confitere oris enim confessio fit ad salutem. Ut ait apostolus. Et quia forte ante hoc aut per obliuionem: aut verecundie confusionem aliqua peccata tua vel eorum circunstantias aggrauantes omisisti \ truncasti/ abscondisti: vel minus confessus fuisti: ideo iam resume ab initio et confitere: quoniam ī proximo est vt viam vniuerse carnis ingressurus sis et tunc amplius confiteri nō poteris: dic ergo vni peccata tua: vt deus coram multis milibus in die iudicii ea tegat. Si tu autem hic ea tegas et abscondas: in omnium conspectu ad tui confusionem in die iudicii denudabuntur. Recogita ergo omnes annos tuos in amaritudine anime tue: et non sit tibi sollicitudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed omnem sollicitudinem tuam proiice in deum: et noli esse immemor salutis anime tue: multum tempus in vanum transegisti: nunc vna hora tibi forte tantum superest in hac vita: et ideo hanc expende totaliter in vtilitatem et commodū anime tue. Surge frater de lacu miserie et de luto peccati per confessionem. Grandis enim tibi restat via. Surge ergo vt lotus lachrymis contritionis comedere valeas panem vite: hoc est sacramentum corporis christi quod erit tibi in via hac qua gradieris robur et fulcimentum et ambulabis per dei gratiam in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad montem dei: quod tibi concedat omnium fidelium redemptor dei filius iesus christus. Amen.

Deinde audita integra confessione infirmi et factis inter rogationibus expedientibus iniungat sacerdos infirmo ꝙ si quid iniuste alieni habuerit: vel si quem iniuste lese rit seu damnificauerit: reddat et satisfaciat si valeat: sin autem veniam humiliter postulet: attamen non iniungat ei sacerdos aliquam penitentiam sed dicat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot et talia peccata commisisti: pro quibus si tu esses sanus talem penitentiam deberes agere vsqꝫ ad tale tempus. Innotescendo ei illam penitentiam in speciali. sed quia infirmus es et forte vita tua ad hoc peragendum extendere non valebit: ideo iniungo tibi aliquam penitentiam: volo tamen ꝙ si forte discesseris: facias talem elemosynam vel adminus iniungas amicis vel executoribus tuis ipsam facere ex parte tua pro ipsa penitentia. Assignando ipsam elemosinam in speciali. Si autem conualueris: penitentiam quam tibi notificaui adimpleas/vel iterum humiliter de nouo redeas ad confessionem vel michi vel alii qui tibi absolutionis beneficium in hac parte de iure conferre valeat et debeat. Et concedo tibi ꝙ omnes indulgentie quorumcumqꝫ prelatorum tibi concesse seu qualitercumqꝫ concedende: eorumqꝫ benedictiones/omnes aque benedicte aspersiones/deuote pectoris tui tunsiones/cordis tui cōtritiones/ista cōfessio et omnes alie confessiones tue deuote/omnia ieiunia\abstinentie/elemosine/vigilie/discipline/orationes/⁊ peregrinationes/⁊omnia alia bona que fecisti vel facies: ⁊ omnia mala que pro deo siue iniuste sustinuisti vel sustinebis: passio saluatoris domini nostri iesu christi/meritaqꝫ beate et gloriose virginis marie et omnium aliorum sanctorum: necnon suffragia totius sancte ecclesie catholice: cedant tibi in remissionem istorum et omnium aliorum peccatorum tuorum/in augmentationem meritorum et consecutionē

premiorum eternorum Amen. Deinde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui omnipotens deus et dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab omni malo conseruet ꝛ cō firmet ꝛ ad vitā perducat eternam. Amen Deinde absoluat sacerđ. īfirmū ab oībus peccatis suis hoc modo dicēs

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat: et ego auctoritate eiusdem dei et domini nostri iesu christi et beatorum apostolorum petri et pauli et auctoritate michi tradita absoluo te ab omnibus peccatis his de quibus corde contritus et ore michi confessus es: et ab omnibus aliis peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memorie confiteri velles: et sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. ¶ Notandum est ꝙ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmum in articulo mortis ab omnibus peccatis suis: tamen si aliquis casus occurrat in confessione a quo ipse sacerdos eum alias de iure absoluere non posset: iniungendum est infirmo ꝙ cum conualuerit presentet se illi ad confitendum qui eum de iure vel consuetudine in hac parte absoluere debeat: recepturus eius mādata et satisfacturus. nam alias reincidit in eandem sententiam quam prius sustinuit. Si infirmus bullam habeat apostolicam de plena absolutione et remissione omnium peccatorum suorum semel in articulo mortis concessam: tunc primo legat sacerdos effectum bulle: deinde ceteris pactis vt p̄dictū est fiat ei⁹ absolutio sub hac forma

Domin⁹ nr̄ ies⁹ xp̄s pro sua magna pietate te absoluat: et ego auctoritate eiusdē dei et dn̄i nr̄i iesu xp̄i et beatoꝝ apostoloꝝ petri et pauli et dn̄i nostri dn̄i. Diuina prouidentia summi pontificis et virtute gratie tibi concesse et electionis qua me in tuum confessorem elegisti in hac parte michi commissa: absoluo te ab omnibus

peccatis tuis de quibus corde contritus et ore michi confessus es: et ab omnibus aliis peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memorie confiteri velles: ab omni fractione votorum/et ab omni omissione salutariū penarū sacramentaliter tibi iniunctarum: et ab omni transgressione diuinorum mandatorū tibiq̃ cōcedo plenam indulgētiam omnium peccatorū tuorū inquātū claues ecclesie et potestas domini pape se extendunt. Et si immiscendo te diuinis sic innodatus es aut vnq̃ fuisti q̃ aliquam notam irregularitatis contraxisti vel penam suspensionis interdicti seu excommunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo et ammoueo tecumq̃ dispenso: ꝛ sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen. Deinde dicat sacerdos. orationem sequentem cum Dominus vobiscum. et cum. Oremus. Oratio.

PRetende domine huic famulo tuo dexteram celestis auxilii: vt te toto corde perquirat: et que digne postulat assequatur. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū. Responsoriū. Amen. Sequatur. Bene✠dictio dei patris omnipotentis et filii et spiritussancti super te descendat et maneat semper. Amen. Deinde osculetur crucem infirmus et sacerdotem et postea omnes alios per ordinem et interim dicat sacerdos morosius. Dominus vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

DEus misericors deus clemens: qui secūdum multitudinem miserationum tuarum peccata penitētium deles et preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuum N. sibi remissionem omnium peccatorū suorū tota cordis contritione poscētē: renoua in eo piissime pat. quicqd dyabolica fraude violatū est: ꝛ vnitati corporis ecclesie tue mēbrū infirmū pctōrū percepta remissione restitue. miserere dñe

gemituū eius miserere lacrimarum / miserere tribulationū atq₃ dolorum: et nō habentē fiduciā nisi in tua mīa ad sacramētum recōciliationis admitte. Per. x. d. Ore⁹. Or

D A nobis quesumus domine vt sicut publicani precibus et confessione placatus es: ita ⁊ huic famulo tuo N. benignus aspira vt ī confessione flebili permanēs misericordiam tuam celeriter consequatur / sacrisq₃ altaribus restitutus: rursusq₃ diuino famulatui mancipetur. Per christum dominum nostrum. Amen. Absolutio.

A Bsoluimus te. N. vice bti petri apostolo℞ principis cui dn̄s potestatē ligādi atq₃ soluēdi dedit. et quātū ad te ptinet accusatio ⁊ ad nos remissio: sit tibi op̄s deus vita et salus et oīm peccatorum tuo℞ pius indultor. Qui viuit et regnat cū deo patre. etc. priusq̄ inūgatur ifirmus incipiat sacer. ān. Saluator mūdi. Deide dicatur. p̄.

I N te dn̄e speraui non confundar in eternū: in iusticia tua libera me ⁊ eripe me. I nclina ad me aurem tuam: et salua me. E sto michi in deum protectorem: et in locum munitum vt saluū me facias Q m̄ firmamentum meum: ⁊ refugium meum es tu. D eus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui. Q uoniam tu es patientia mea: domine spes mea a iuuentute mea. I n te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. I n te cantatio mea sēper: tanq̄ prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. R epleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. N e proiicias me ītēpore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Q ₂ dixerunt inimici mei mala michi: ⁊ q̄ custodiebāt aīam meam consilium fecerunt in vnum. D icētes deus dereliq̄t eū persequimini ⁊ cōprehendite eum: quia non est qui eripiat. D eus ne elongeris a me: deus meus in auxi-

lium meum respice. Confundantur et deficiāt detrahentes aie mee: operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi. Ego aūt semper sperabo: et adiiciam super omnem laudē tuā. Os meū annūciabit iusticiā tuā: tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui litteraturam: introibo in potentias domini: dn̄e memorabor iusticie tue soli⁹. Deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq̄ nunc pronunciabo mirabilia tua. Et vsq̄ in senectam et senium: deus ne derelinquas me. Donec annūciem brachiū tuū: generationi oi que ventura est. Potentiam tuam et iusticiam tuam deus vsq̄ in altissima que fecisti magnalia: de⁹ q̄s similis tibi. Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas: ⁊ conuersus viuificasti me et de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuā: et conuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: deus psallam tibi in cythara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et anima mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam: cum confusi et reueriti fuerint qui querūt mala michi. Finito psalmo cum Gloria patri. Sicut erat. tota dicatur. añ. Saluator mūdi salua nos qui per crucem et sanguinem redemisti nos auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tunc dicat sacerdos. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui per beatum iacobū apostolū tuū locutus es dicēs: infirmat quis in vobis inducat presbyteros ecclesie et orent super eū vngētes oleo sancto in noīe domini: et oratio fidei saluabit infirmum: ⁊ alleuiabit eum dn̄s et si ī pctīs sit dimittentur ei: dignare per manus nostras hunc famulū tuū N. infirmū de oleo sanctificato vngere et virtute benedictionis tue saluti pristine restituere: vt quod exterius per ministerium nostrū

efficitur: hoc interius spūaliter tua diuina virtus ac inuisibiliter sua magnalia operetur. Per dn̄m no. Tūc sacerdos accedēs ad infirmum īcipiat. psal. sequē. quem chorus vel clericus totum psequatur. et sic fiat de ceteris psis sequē. ps.

Usquequo domine obliuisceris me in finē: vsquequo auertis faciem tuā a me. Quamdiu ponā consilia in anima mea: dolorē in corde meo per diē. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice et exaudi me dn̄e deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero: ego aūt i misericordia tua speraui. Exultabit cor meū i salutari tuo cātabo dn̄o qui bona tribuit michi: et psallam nomini domini altissimi. Gloria patri. Dū dr̄ pdi. ps. a choro vel a clerico: accipiat interim sacerdos oleum infirmorum super pollicē dextrum: et sic cū illo pollice tangat infirmum cū oleo signum crucis faciēs sup vtrūq̄ oculum incipiendo ad dextrum oculum: et dicat sacerdos. hoc modo.

Per istā vnctionē et suā piissimā mīam indulgeat tibi dn̄s quicqd peccasti p visū. R. amē. Sequatur. ps.

Exaltabo te domine qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meā: saluasti me a descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia. Ego autem dixi in abūdantia mea: non mouebor in eternū. Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me: et factus sum cōturbatus. Ad te domine clamabo: et ad deū meum deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dum

descēdo in corruptionem. Nunquid confitebitur tibi pul
uis aut annunciabit veritatem tuā. Audiuit dominus ꝛ
misertus est mei: dominꝰ factus est adiutor meꝰ. Cōuer-
tisti planctū meum in gaudium michi: cōcidisti saccū me-
um ꝛ circundedisti me leticia. Ut cantet tibi gloria mea et
non compungar: dn̄e deus meus i eternum cōfitebor tibi
Gloria patri et filio et spiritui sācto. Deide super aures dicēs.

Per istam vnctionē ꝛ suā piissimā miām indulgeat
tibi dn̄s q̄cq̄d peccasti p auditū. ℟ Amē. sequat ps.
Iudica me deus ꝛ discerne causam meam de gēte nō
sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia
tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti ꝛ quare tristis
incedo dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam et
veritatē tuā: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montē
sanctum tuum ꝛ i tabernacula tua. Et introibo ad altare
dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Cōfitebor
tibi in cythara deus deus meꝰ: quare tristis es anima mea
et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc cō
fitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Gloria pa-
tri et filio et spiritui sancto. Deinde super labia dicens.

Per istam vnctionem et suam piissimam miseri-
cordiā indulgeat tibi dn̄s quicquid peccasti per gu
stum et illicita verba. ℟ Amen. Sequatur psalmus.
Deus in nomine tuo saluum me fac: et i virtute tua
iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribꝰ
percipe verba oris mei. Qm̄ alieni insurrexerunt aduersū
me: et fortes quesierunt animam meam et non proposue-
rūt deum ante conspectum suū. Ecce enim deus adiuuat
me: ꝛ dn̄s susceptor est aīe mee. Auerte mala inimicis me
is: et in veritate tua disperde illos. Uoluntarie sacrifica-
bo tibi: et confitebor nomini tuo dn̄e qm̄ bonum est. Qm̄ ex
omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos

despexit oculus meus. Gloria patri. Dein sup nares dicens.

nares.

Per istā vnctionem ꝫ suā piissimā misam īdulgeat tibi dñs q̇cq̇d peccasti ꝑ odoratū ℟. amē. Sequat ps.

Deus in adiutorium meum intēde: dñe ad adiuuā dū me festina. Cōfundant ꝫ reuereātur: qui querūt animā meam. Auertantur retrorsū et erubescāt: qui volunt michi mala. Auertantur statim erubescētes: qui dicūt michi euge euge. Exultēt et letent in te omnes qui querunt te: et dicant semꝑ magnificetur dominus qui dili gunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: dñe ne moreris. Gloria patri. Manus sacerdotis īfirmi debēt inūgi ī partib⁹ exteriorib⁹. nā ꝫ epyscop⁹ linebat ī partibus interioribus. Manus vero cuiuscūq; alteri⁹ infirmi debent inungi interius. Deinde super manus ita dicens.

manus.

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti ꝑ tactum. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

Inclina domine aurē tuā et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi aiam meam quoniam sanctus sum: saluū fac seruū tuum deus sperantem in te. Miserere mei domine quoniā ad te clamaui tota die letifica animam serui tui quoniā ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniam tu dñe suauis ꝫ mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. Auribꝰ percipe dñe orationē meam: intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q̄ꝛ exaudisti me. Nō est similis tui in diis domine: et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunq; fecisti venient et adorabūt coram te domine: et glorificabūt nomen tuum. Quoniam magnus es tu: et faciens mirabilia / tu es deus solus. Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor

meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternũ. Quia misericordia tua magna est super me: ꝛ eruisti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me: ꝛ synagoga potẽtiũ quesierunt animã meam: ꝛ non proposuerũt te in cõspectu suo. Et tu dñe deus miserator ꝛ misericors: patiẽs ꝛ multe misericordie ꝛ verax. Respice in me et miserere mei: da imperium puero tuo: et saluum fac filiũ ancille tue. Fac mecum signũ in bono ut videãt qui oderũt me ꝛ cõfundantur: qm̃ tu dñe adiuuisti me et cõsolatus es me. Gloria. Deinde sup pedes ita dicens.

Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per incessum pedum. ℞. Amen. Sequatur psalmus.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sũ sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris quorum non est memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua:

et iusticia tua in terra obliuionis. Et ego ad te domine cla mavi: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuã a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me trãsierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederũt me simul. Elõgasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria. Gloria patri et filio et spiritui sãcto. Sicut erat in pricipio et nunc ⁊ semper et in scl̃a sc̃. amẽ. Deinde in dorso int lumbos maris: vel super vmbilicum mulieris ita dicens.

Per istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis. Rn̄. Amen. Tunc erigens se sacerdos lauat manus suas cum sale et aqua in vase quo stuppe olei que igne crementur et i cimiterio fodiantur. Postea dicat sacerdos sup infirmum benedictionem hoc modo

In nomine patris et filii et spiritussancti sit tibi hec olei vnctio ad purificationem mentis et corporis: ad munimen et defensionem contra iacula immundorum spirituum. Respõsoriũ Amen. Sequatur psalmus

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: et hostium circunstantie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: ⁊ non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus i misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis

eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre eru pta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus in fernum: quia ad te domine domine oculi mei in te speraui non auferas animam meam. Custodi me a laqueo quē statuerunt michi: z a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum e go donec transeam. Gloria patri. Deinde dicat sacerdos Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo omnis sanitas et omne medica mentum venit: quiqꝫ nos apostoli tui iacobi documento instruxisti vt languentes olei liquore orantes tangerem⁹: respice propicius super hunc famulum tuum. N. quem languor cruciat ad exitum / et virium defectus protrahit ad occasum / medela gratie tue saluti restituat castigatum extingue in eo clementissime deus omnium febrium est⁹ / dolorum stimulos: et cunctorum languorum cruciatus: viscerum quoqꝫ et secretorum interna medicina: atqꝫ me dullarum discrimina sana compagum etiam et artuum dele cicatrices veteres: et acerbas compesce passiones refor metur in eo carnis ac sanguinis quam creasti perfecta ma teries: sicqꝫ illū iugiter tua pietas tueat vt nec ad corruptio nem aliquando sanitas / nec ad perditionem perducat infirmitas: sed fiat illi hec sacra olei peruncti o concita morbi presentis et languoris expulsio: et peccatorum om nium exoptata remissio Per te saluator mundi. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secula seculorū. Amen. Facta vnctione vt predictū est expe diens erit vt sacerdos ante communionem inquirat ab in firmo an aliqua alia pctā sibi ad memoriam occurrant de quibus non erat confessus. nam posset esse q' per preces et

deuotas orōnes sacerdotis siue aliorum: deus cor infirmi
illustraret et daret ei gratiam verius et plenius confitēdi.
Et postea interroget eum sacerdos si recognoscat corpus
et sanguinem dñi nostri iesu xpi sic dicendo. **Frater credis
q sacramentum qd tractatur i altari sub forma panis est
verū corpus et sanguis domini nostri iesu xpi?** Respōdeat
infirmus. **Credo** Deinde cōmunicet infirmus: nisi prius
cōmunicatus fuerit: et nisi de vomitu vel alia irreuerentia
probabiliter timeatur: in quo casu dicat sacerdos infirmo
**Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides et bona volūtas:
tantum crede et manducasti.** Et nota q sacerdos infirmū
cōmunicandus stola induetur. Unde cōicans sacerdos in
firmū dicat. **Corpus domini nr̄i iesu xpi custodiat corpus
tuum et animā tuā in vitā eternam. Amen.** Deinde dicat
sacerd. sine **Dñs vobiscum.** sed tm̄ cum **Oremus.** orōnē
sequētē: que nō dicatur nisi tm̄ qū infirmus cōicat. Oratio.
Domine sancte pater oīps eterne deus te fideliter de
precamur: vt accipienti huic fratri nostro N. sacro
sāctum corpus et sanguinē filii tui domini nr̄i iesu christi:
tam corporis q anime sit salus. Amē. Deīde sequatur. psal.
Lauda aīa mea dominū laudabo dñm i vita mea:
psallam deo meo q diu fuero Nolite confidere in
principibus: nec in filiis hominū in quibus non est salus.
Exibit spūs eius et reuertetur in terram suam: in illa die
peribunt omnes cogitationes eorū. Beatus cuius deus
iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius q fecit ce
lum et terrā/ mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit
veritatē in seculū facit iudicium iniuriam patientibus dat
escā esurientibus. Dominus soluit cōpeditos: dominus il
luminat cecos. Dñs erigit elisos: dominus dirigit iustos
Dñs custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et
vias peccatorum disperdet Regnabit dominus in secula

deus tuus syon: in generatione et generationem. Gloria patri. Quo finito dicat sacerdos. Oremus. Oratio.

Deus qui peccatores et scelerũ onere vulneratos sacerdotibus tuis ostendere iussisti: deus qui discipulis tuis manus super infirmos vt bene haberent ponere precepisti. Deus qui per apostolorum tuorum manus ĩfirmos sacro oleo vngere/ et pro eis orare docuisti. Deus qui per impositionẽ manuũ sacerdotũ cũ sancti nominis tui inuocatione peccata relaxare voluisti: exaudi orationes nostras et da huic famulo tuo N. ĩfirmitatis noxa oppresso: per hoc sacrosanctum mysterium quod nos indignos famulos tuos agere voluisti remissionem omniũ peccatorum: quatenus per hãc sacrati olei vnctionem/ corporis et sãguinis tui susceptionem atq; manus nostre impositionem cuncta ei facinora spiritus sancti gratia relaxentur/ sanitas anime et corporis restituatur: vt non ei plus noceat conscientie reatus ad penam: ꝙ indulgentia tue pietatis ad emendationem prosit et veniam te concedẽte saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate eiusdem. &c. Deinde benedicat sacerdos infirmum in dicens sic. Benedicat ✠ te deus pater: qui in principio cũcta creauit. ℟. Amen. Et sic respondeatur ad singulas benedictiones. Sanet te dei filius. Amen. Illuminet te spiritus sanctus. Amen. Corpus tuum custodiat. Amen. Animam tuam saluet. Amẽ. Cor tuum irradiet. Amẽ. Sensum tuum dirigat: ⁊ ad supernam patriam te perducat qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Alia benedictio.

Bene ✠ dicat te deus celi. Amen. Adiuuet te christ' filius dei. Amen. Corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri et conseruari faciat. Amen. Mentem tuam illuminet. Amen. Sensum tuum custodiat. Amen. Gra

tiam suā ad profectū aīe tue in te augeat. amē. Ab oī malo te liberet. amē. Oīa pctā tua deleat. amen. Dextera sua te defendat. amē. Qui sctōs suos semper adiuuat ipse te adiuuare et cōseruare dignetur. Qui vi. ⁊ reg. deꝰ. Alia bñd.

Bene ✠ dicat te deus pater qui i principio cuncta creauit. Bñ ✠ dicat te dei filius qui de supernis sedibus ꝓ nobis saluādis descēdit et crucem subire nō recusauit. amen. Bene ✠ dicat te spūssāctus qui in similitudine colūbe in flumine iordanis in xpo requieuit. amē. Ipse⁊ te in trinitate sctificet quē oēs gētes venturū expectant ad iudicium. Qui cum deo patre et eodē spūsctō. Finito hoc officio cōuenienter dici poterunt ab infirmo languente in extremis si placeat or. subscripte vel earū aliqua videlz. ps. Miserere. Itē ps Deus in noīe. Itē v. Suscipe me scdm eloquium tuum et viuā: et non cōfundas me ab expectatione mea: et que est expectatio mea nonne dñs. vel sic. Dñe iesu xpe suscipe spiritū meum. Itē Deꝰ propicius esto michi peccatori. Itē v. In manus tuas dñe cōmendo spiritū meum redemisti me dñe deus veritatis. Itē v. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas ne memineris. Item v. Ab occultis meis munda me domine. Item v. Ne proiicias me domine in tempore senectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendum est autem ꝙ non licet alicui ministrare sacramentū vnctionis extreme nisi tātum sacerdoti. vnde si aliquis non sacerdos attentaret hoc facere: nichil faceret consecratio ¶ Loca vero vngenda sunt supradicta et non alia nisi in mutilatis: in quibus debent inungi loca magis propinqua ¶ Et notandum est ꝙ si sacerdos iam aliquibus partibus inunctis aliis restantibus ad vngendum defecerit/ partes cū vncte nō sint iterato vngende/ sed que restant vnctiones vngēde per sacerdotem aliū compleantur ¶ Potest enim sacerdos vno

clerico presente infirmum inungere: et etiam sine clerico in necessitatis articulo. Moneant frequenter sacerdos parrochianos suos q omnes .xiiii. annorum et amplius se exhibeat ad sacramentum vnctionis extreme suscipiendu qn metus mortis imminet. ¶ Doceat etia eos q hoc sacramentu licite potest iterari sine aliqua sui iniuria vnde quotiens homo couualuerit et noua infirmitas iterato superuenerit: ex qua fuerit metus mortis: potest idem homo in vnaquaq huiusmodi ifirmitate inugi. ¶ In eadem quoq infirmitate hoc sacramentu iterari potest: nam in egritudine diuturna debet fieri qn videt deducere ad morte. Et si illum articulu euadat eadem ifirmitate durate: etiam postea ad statu simile reducat. iterum potest inugi: quia alius est infirmitatis status: licet sit eadem ifirmitas: et si quis post hoc sacramentum couualuerit: nichilominus ad opus coniugale et ad omne opus honestum licite poterit reuerti. ¶ Hoc sacramentu no est coferedum euntibus ad bellu vel ad duellu: pegrinis aut nauigantibus vel his qui statim occidedi sut. Similit pueri/ frenetici/ furiosi vl aliq alii huiusmodi alienationem metis patietes: eo q debitam discretione deuotiois et vere penitentie non habeant ad hoc sacramentum no admittantur nisi forte ipsi frenetici furiosi vel amentes in sana mete constituti hoc sacramentum petierint vel alias ate huiusmodi passione seu metis alienationem de sua salute fuerint solliciti: tunc nichilominus consulitur hoc sacramentunn eis fiducialiter ministrari. In consti. lambeth. p. cap. vlt. ¶ Nota q tempore interdicti no debet coferri sacramentum vnctionis extreme nec alia sacramenta. exceptis baptismo/ confirmatione/ penitentia et viatico existentibus in articulo mortis tantum conferendo.

¶ Cum vero anima in exitu seu dissolutioe corporis visa fuerit laborare: percutiatur tabula minute et acriter: et tuc

oẽs clerici cũ summa velocitate accurrant & dicant. **Credo in vnũ.** sequitur qȝ missa spõsal. deinde dicãt. septẽ psal. penitẽ. cũ. **Gll apki.** vtš. Quibus dictis subiũgat hoc cpm.

Parce domine parce famulo tuo quem redimere dignatus es precioso sanguine tuo ne ĩ eternum irascaris ei. Hoc capitulum dicatur tribus vicibus tam a sacerdote q̃ a toto conuentu: ita tamen q̃ sacerdos prius dicat: et conuentus repetat. Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.

Pater de celis deus: miserere aĩe famuli tui. Fili redẽptor mundi deus: mise. a. fa. t. Spũs sctẽ deus: mise. a. fa. t. Sancta trinitas vnus deus: mi. a. fa. t. Sancte sãctorũ deus: mise. Qui es trinus et vnus deus: mise. Sãcta maria intercede pro aĩa eius. Sctã dei genitrix intercede. Sctã virgo virginũ inter. Sancte michael iter.

Sancte gabriel. inter.
Sancte raphael inter
Oẽs scti angeli et archangeli: intercedite pro aĩa eius.
Oẽs sancti beatorũ spirituũ ordines: intercedite ꝑ aĩa eiꝰ
Sctẽ iohãnes baptista inter
Oẽs sãcti patriarche et prophete: intercedite ꝑ aĩa eius.
Sancte petre inter
Sancte paule inter
Sancte andrea inter
Sancte iacobe inter
Sancte iohannes inter
Sancte philippe inter
Sancte iacobe inter
Sancte bartholomee inter
Sancte mathee inter
Sancte thoma inter
Sancte symon inter
Sancte iuda inter
Sancte mathia inter
Sancte marce inter.
Sancte luca inter
Sancte barnaba inter
Oẽs sãcti apostoli et euangeliste. itercedite ꝑ aĩa eius.
Oẽs sancti discipuli dñi et ĩnocẽtes: intercedite ꝑ aĩa eiꝰ
Sancte stephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter
Sancte clemens inter
Sancte corneli inter

Sancte laurenti Inter
Sancte sixte inter
Sancte vincenti inter
Sancte georgi inter
Sancte fabiane inter
Sancte sebastiane inter
Sancte albane int̃
Sancte edmũde int̃
Sancte blasi int̃
Sctẽ dyonisi cũ so.t. int̃
Sctẽ eustachi cũ so.t. int̃
Sctẽ geruasi inter
Sancte prothasi inter
Sancte cosma inter
Sancte damiane iter
Scti iohẽs ⁊ paule inter
Sancti crispine et crispinia-
ne. Intercedite pro aĩa eius.
Oẽs scti martyres Int̃
Sancte benedicte int̃
Sancte siluester int̃
Sancte nicolae int̃
Sancte martine int̃
Sancte hylari inter
Sancte ambrosi inter
Sancte hieronime int̃
Sancte augustine iter

Sancte birine inter
Sancte swithine inter
Sancte athelwolde int̃
Sancte dũstane inter
Sancte cuthberte inter
Sancte leonarde int̃
Sancte egidi int̃
Oẽs scti ꝯfessores int̃.
Oẽs sci mona. ⁊ heremite it̃
Sctã maria magd. int̃
Sãcta maria egyptiaca it̃
Sctã felicitas iter
Sancta perpetua iter
Sancta cecilia iter
Sancta lucia inter
Sancta agatha Int̃
Sancta agnes inter
Sancta fides inter
Sctã katherina inter
Sctã scolastica inter
Sancta iuliana inter
Sancta margareta inter
Sancta anastasia int̃
Sancta petronella iter
Sancta editha iter
Sancta brigida inter
Oẽs sctẽ virgines inter

Oẽs scti. intercedite p aĩa eius. Propicius esto parce ⁊ di
mitte ei oĩa pctã sua domine. Ab omni malo. libera et de
fende animã eius domine. Ab hoste iniquo. libera ⁊ defẽ
de animã eius domine. Ab insidiis ⁊ laqueis dyaboli. li
be. ⁊ defẽ. a. e. d. Ab incursu malignorum spirituum. libe.

A timore inimicorum. libe. Ab ira tua. li. A dānatione perpetua. li. A penis inferni. li. A periculo mortis. libera A pōdere pctōrū. li. Per immensam pietatē tuā. li. Per mysterium sctē incarnationis tue. li. Per sanctam circūcisionē tuā. li. Per sanctam apparitionem tuā. li Per baptismū tuum. li. Per ieiunium tuū. li. Per passionē et crucem tuam. li. Per piissimā mortem tuā. li. Per gloriosā resurrectionē tuam. li Per admirabilē ascēsionem tuam li. Per aduentum sancti spūs paracliti. li. Per intercessionem oīum sanctorum tuorum. li. In die iudicii li. et de. aīa eius dñe. Peccatores. te rogamus audi nos. Ut animā famuli tui de principibus tenebrarum et de locis penarū liberare digneris. te. Ut ab inferorum cruciatibus liberare digneris. te. Ut cūcta eius peccata obliuioni perpetue tradere digneris. te. Ut ei oēs lubrice temeritatis offensas dimittere digneris. te. Ut delicta iuuētutis ei⁹ & ignorantias non reminiscaris. te. Ut quicquid viciorum fallēte dyabolo & propria iniquitate atq; fragilitate cōtraxit: clementer indulgere digneris. te. Ut eum in pacis ac lucis regione constituere digneris. te. Ut ei gaudium et exultationem in regno tuo cum sanctis et electis tuis donare digneris. te. Ut nos exaudire digneris. te rogamus Fili dei: te rogamus audi nos. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere anime eius. Christe iesu miserere anime eius. Agnus dei qui tollis peccata mūdi dona ei pacem eternamq; felicitatem et gloriam sempiternam. Amē

Proficiscere anima christiana de hoc mundo in nomine dei patris omnipotentis qui te creauit. Amē In nomine iesu christi filii eius qui pro te passus est. Amē In nomine spiritus sancti qui in te effusus est. Amen. In nomine angelorum et archangelorum. Amen. In nomine thronorum et dominationum. Amen. In noīe

principatuum et potestatum et omnium celestium virtutum. Amē. In noīe cherubin et seraphin. Amē. In noīe patriarcharum et prophetarum. Amen. In noīe apostolorum et martyrum. Amē. In noīe cōfessorum et epyscoporum. Amē. In noīe sacerdotum ꝛ leuitarum et omniū ecclesie catholice graduum. Amē. In noīe monachorum et anachoritarum. Amen. In nomine virginum et fidelium viduarum hodie in pace locus tuus fiat et habitatio tua in celesti hierusalem. Amen. Oremus. Oratio.

Suscipe itaqꝫ dn̄e seruū tuum ī bonū ꝛ lucidum habitaculum tuum. amē. Libera dn̄e aīam serui tui ex oībus periculis infernorū ꝛ de locis penarum ꝛ de oīb⁹ doloribus tribulationum. amē. Libera dn̄e animā serui tui sicut liberasti enoch et heliā de morte communi. amen. Libera domine animā serui tui sicut liberasti loth de sodomis et de flama ignis. amen. Libera domine aīam serui tui sicut liberasti ysaac de manibus patris sui abrahe. amē. Libera domine animā serui tui sicut liberasti moysem de manu pharaonis. amē. Libera domine aīam serui tui sicut liberasti iob de passionibus suis. amen. Libera domine aīam serui tui sicut liberasti dauid de manu golie et de manu saul regis. amen. Libera dn̄e animam serui tui sicut liberasti danielem de lacu leonum. amē. Libera domine animam serui tui sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis. amen. Libera dn̄e animam serui tui sicut liberasti susānam de falso crimine. amē. Libera dn̄e animam serui tui sicut liberasti petrū ꝛ paulū de vinculis. amē. Sicut liberasti sanctos seruos tuos de tormētis: sic liberare digneris aīam serui tui de gehenne incendiis ꝛ ab oībus āgustiis. Amē. Sequat̄ cōmēdatio aīarū et dicat̄ ī camera vel ī aula sine nota iuxta corp⁹: et omnia subseq̄nter similiter vsqꝫ ad ꝓcessionē ad hoīem mortuū

suscipiendum. Post cōmendationē sequatur ℞. Subuenite sancti dei occurrite angeli dn̄i suscipientes animā eius. Offerentes eam in cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te xp̄s qui vocauit te et in sinu abrahe angeli deducant te. Offerentes. sequatur oratio sine Dn̄s vob. ꝛ sine Oremus. Oro.

Tibi dn̄e commendamus aīam famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat: et que per fragilitatē mundane conuersationis peccata admisit tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. Amen Oremus. Oratio

Misericordiam tuā dn̄e scte̅ pater omp̄s eterne deus pietatis affectu rogare ꝓ aliis cogimur: qui ꝓ nostris supplicare pctis nequaq̄ sufficimus: tamē de tua cōfisi gratuita pietate et inolita benignitate clemētiam tuam deposcimus: vt animam famuli tui. N. ad te reuertentem cum pietate suscipias: assit ei angelus testamenti tui michael: et per manus sctōꝝ angeloꝝ tuoꝝ in sinu abrahe patriarche tui eam collocare digneris. quatenus liberata de principibus tenebrarum et de locis penarum / nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantie / aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus: sed potius agnoscatur a tuis ꝛ sancte beatitudinis requie perfruatur / atq; cum magni iudicii dies aduenerit: inter sanctos et electos tuos aggregata / gloria manifeste contemplationis tue perpetuo satietur. Per xp̄m dn̄m. ā. Suscipiat te christus qui vocauit te et in sinu abrahe angeli deducant te. ps. In exitu. totus ps. dicatur sine Gloria patri. vt inferius patebit. scilicet in officio sepulture. Quo finito dicat sacerdos. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Omp̄s sempiterne deus qui humano corpori aīam ad similitudinē tuā inspirare dignatus es: dū te iubēte puluis in puluerem reuertitur: tu ymaginē tuā cū sanctis

et electis tuis eternis sedibus precipias sociari: eamque ad te reuertentem de egypti partibus blande leniterque suscipias et angelos tuos sanctos ei obuiam mittas: viamque illi iusticie demonstra: et portas glorie tue illi aperi: repelle quesumus ab ea omnes principes tenebrarum: et agnosce depositum fidele quod tuum est. Suscipe domine creaturam tuam non ex diis alienis creatam sed a te solo deo viuo et vero: quia non est alius deus preter te domine: et non est secundum opera tua. letifica clementissime pater animam serui tui. N. et clarifica eam in multitudine misericordie tue. ne memineris quesumus iniquitatum eius antiquarum et ebrietatum quas suscitauit feruor mali desiderii. licet enim peccauerit: tamen te non negauit. sed signo fidei insignitus/te qui omnia et eum inter omnia fecisti fideliter adorauit. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. an. Chorus angelorum. ps.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuorum. ps

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi? Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. O domine quia ego seruus tuus: ego

seruus tuus et filius ancille tue. D irupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomē domini inuocabo. Uota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: i atriis domus domini in medio tui hierusalem. Ps.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eū omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternū. Ps.

Confitemini domino quoniā bonus: quoniam: in seculum misericordia eius. D icat nunc israel qm̄ bonus: quoniam i seculum misericordia eius. D icat nūc domus aaron: quoniam in seculum misericordia ei⁹. D icant nūc qui timent dominū: quoniā in seculū misericordia eius. D e tribulatione īuocaui dominum: et exaudiuit me i latitudine dominus. D ns michi adiutor: nō timebo qd faciat michi homo. D omin⁹ michi adiutor: et ego despiciam inimicos meos. B onū est cōfidere in dño: q̄ confidere in homine. B onum est sperare in dño: q̄ sperare in principibus. O mnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia vltus sum in eos. C ircundantes circūdederunt me: et in noīe domini quia vltus sum in eos. C ircūdederūt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis et in nomine domini quia vltus sū in eos. I mpulsus euersus sum vt caderē: ⁊ domin⁹ suscepit me. F ortitudo mea et laus mea domin⁹: et factus est michi in salutē. V ox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum. D extera dñi fecit virtutē dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem. N on moriar sed viuam et narrabo opera domini. C astigans castigauit me domin⁹: ⁊ morti non tradidit me. A perite michi portas iusticie et ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta dñi iusti intrabūt in eam. C ōfitebor tibi dñe quoniā exaudisti me: ⁊ fctūs es michi in salutē. L apidem quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹

est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam fecit dominus: exultemus z letemur in ea. O domine saluum me fac o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis. Constituite diem solennem in condensis: vsqz ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutem. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Ps. Beati immaculati. vsqz ad Ad dominū cum tribularer. sine Gloria patri. Finitis psalmis incipiatur an. Chorus angelorum te suscipiat: et in sinu abrahe collocet te: vt cum lazaro quōdam paupere eternā habeas requiē. qua finita dicat sacerdos Oremus. or.

Piri vulneris nouitate percussi et quodāmodo cordibus sauciati misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus: vt cari nostri. N. animam ad tuam clementiam qui fons es pietatis reuertentem blande leniterqz suscipias: et si quas illa ex carnali cōmoratione extraxit maculas: tu deus solita bonitate clementer deleas/pie indulgeas/obliuioni imperpetuum tradas atqz hanc laudem tibi cum ceteris reddituram et ad corpus proprium quandoqz reuersuram: sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cum deo patre et spiritu sācto. Hic rogat sacerdos orare pro eo ita dicens. Pro anima N. et pro animabus oīm fideliū defūctorum. Pater noster. Et ne nos. Sed li. Requiē eternam do. eis do. Et lux perpetua. A porta inferi. Erue dñe. Non intres in iudicium cū seruo tuo domine. Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo

Partem beate re- (ois viuēs. Dñs vobiscum. Oremus
surrectionis obtineat: vitamqz eternam mereatur

habere in celis. Per te saluator mũdi q̄ cũ patre et spũ sancto viuis ꝛ regnas deus per oia scl'a seculoꝝ. Amē. Oremꝰ

Deus cui soli competit medicinā prestare post mortem: tribue quesumꝰ vt aīa famuli tui N. terrenis exuta contagiis: in tue redemptionis parte numeretur.

Absolue q̄s dñe aiam famuli tui N. ꝛ aīas omniũ fidelium defunctoꝝ ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per christum dominum nostrũ. Amen

Deinde si corpus regis inuncti fuerit qui migrauit ex hoc seculo: primo a suis cubiculariis corpus eiusdē aqua calida siue tepida lauetur. Deinde balsamo cum aromatibus lingatur per totum / ꝛ postea in panno lineo cerato inuoluatur. ita tamen q̄ facies et barba illius tantum pateant: et circa manus ꝛ digitos ipsius dictus pannus ceratus sit depositus: vt quilibet digitus cum pollice vtriusq̄ manꝰ singulatim insuatur per se acsi manus eius cirotecis lineis essent cooperte. Deinde corpus induatur tunica vsq̄ ad talos longa: et desuper pallio regali adornetur. Barba vero ipsius decēter componatur super pectꝰ illius: ꝛ postmodum caput cum facie ipsius sudario serico cooperiatur ac deinde corona regia aut diadema capiti eiusdem apponatur. Postea induantur manus eius cirotecis cum aurofragiis ornatis: et in medio digito dextre manus imponatur anulus aureus aut deauratus: et in dexteram manu sua ponatur pila rotunda deaurata: in qua virga deaurata sit fixa a manu ipsius vsq̄ ad pectus protensa: in cuius virge summitate sit signum dominice crucis quod super pectus eiusdem principis honeste debet collocari. In sinistra vero manu sceptrum deauratum habeat: vsq̄ ad aurem sinistram decenter protensum: ac postremo tibie et pedes ipsius caligis sericis et sandaliis induantur

duãtur. Denique dictus princeps ita adornatus cum regni sui pontificibus ꝛ magnatibus ad locum quem pro sua sepultura prius elegerit cum omni reuerentia deferat ꝛ cum exequiis regalibus honestissime tradatur sepulture.
